





1. Baumgarten, sigism. Iac. / diff.  
de Miraculis in Regno Gratiae,  
Halle, 1753.
2. ————— diff. de Limitibus Liber-  
tati Conscientie ponendis, Halle  
1753.
3. ————— diff. de Antipostaria et  
Enypostaria Humane Christi  
Naturae, Halle, 1753.
4. ————— ex Authentia Doxologie  
Matth. VI. vers. 13. obvile, a  
recentissimis oppugnationibus  
vindicata, Halle, 1753.
5. ————— diff. de vera Operis operati-  
vitate, Halle, 1753

22

DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>O</sup> HISTORICO-THEOLOGICA  
DE  
**REGENERATIONE**  
**MONASTICA**  
AD ILLVSTRANDOS  
**LIBROS SYMBOLICOS**  
QVAM  
SVB AVSPICIIS SVMMI NVMINIS  
PRAESIDE  
VIRO  
SVMME REVERENDO EXCELLENTISSIMO  
DOCTISSIMO  
**IOAN. SALOMONE SEMLER**  
S.S. THEOLOGIAE DOCTORE ET PROFESSORE  
PVBLICO ORDINARIO  
PRAECEPTORE ET PATRONO  
PIE OBSERVANTERQUE COLENDO  
D. MAII A. MDCC LIII  
TVEBITVR  
**M. CAROLVS GVILELMVS WEISSIG**  
HIRSCHBERGA-SILESIVS.

---

HALAE  
APVD IOANN. IVSTIN. GEBAVER.



55

DISSERTATIO HISTORICO-THEOLOGICA

DE

REGIMENTATIONE

MONASTICA

LIBROS SYMBOLICOS

OLIVAE

SACRA-MONASTICIS ETINNA HABITUS

PRAEFACTA

VERO

ETATRUM REFORMATIO PRACTICARUM  
DOCIMON

JOAN. SALOMONI SIMEONI

THEOLOGIÆ DOCTORATÆ THONSBURGI

PROCESSIONIS ET PATRONO

ET DISCIPLINA CEREMONIA

D. MATHIAS A. WEGELIN

A. GYORGAS GYLLIUS WESSE

HABENS A. WEGELIN

HABENS A. WEGELIN

VIRO. MAGNIFICO  
SVMME. VENERABILI. EXCELLENTISSIMO  
AMPLISSIMO. DOCTISSIMO  
**SIGISMVND. IACOBO  
BAVMGARTEN**

S. S. THEOLOGIAE. DOCTORI  
EIVSDEM. QVE. PROFESSORI. IN. REGIA. FRIDERICIANA  
PVBlico. ORDINARIO. SEMINARI. THEOLOGICI. DIRECTORI  
REGIARVM. MENSARVM. EPHORO. SOCIETATIS  
SCIENTIARVM. BEROLINENSIS  
MEMBRO.

PATRONO. FAVTORI. ATQVE. PRAECEPTORI  
OMNI. QVA. FIERI. POTEST. PIETATE  
COLENDO

V I R O  
QVEMADMODVM. DE. OMNI. ORBE. CVLTIORI  
SIC. DE. REPVBlica. PRAESERTIM. SANCTIORI

DVDVM. IAM. ET. LONGE  
MERITISSIMO

HANC. DISSERTATIONEM  
SVPER. REGENERATIONE. MONASTICA  
INSTITVTAM  
IN. PRIMIS. SACRAM. ESSE. DICATAM. QVE  
CVPIT

M. CAROLVS GVILELMVS WEISSIG.

VIRGO MAGNIFICO  
SUMME VENERABILITATIS EXCELENTEISSIMO  
AMPITISSIMO DOCTISSIMO

SIGISMUNDO IACOBO  
BAUMGARTEN

S. S. THEOLOGICAR DOCOTORI  
BLASDEW GAE PROFESSORI IN REGIA RIDERICIANA  
PARICCO ORDINARIO SEMINARIU THEOLOGIC DIRECTORI  
KAPITELLA MENSARIA EPHORO SOCIETATIS  
SCIENTIARIA BESOLOINENSIS  
MEMOR.

PATRONO PAVTORI ALIAE PRAECEPTORI  
OMNI GA FIERI POTEST HESTATE  
COPENDIO

V A I R O

QARINADODAM DE OMNI ORBE CATHOLICI  
SIC DE REPARATIO PRAESESTIM SANCTIORI  
DADM IAM ET LONGE  
MERITISSIMO

HANC DISSEMINATIONEM  
SAPERE REGENERATIONE MONASTICA  
INSTITUTAM  
IN LITERIS SVCRIS ESSERE DICATAM GAE  
CAPIT

M CAROLAS GALLERIAS WEISSIG

**VIR**  
**SVMME VENERABILIS, EXCELLENTISSIME**  
**ET DOCTISSIME**  
**PATRONE ET PRAECEPTOR**

**PIE OBSERVANTERQUE COLENDE,**



quocies eximias TVAS virtutes, quae in TE vno mirabilem in modum coniunctae fulgent, cogito, cogito autem saepissime, toties propemodum nescio, vtrum TE admirari magis an venerari sanctius debeam. Ab eo ipso temporis momento, ex quo mihi homines iste obtigit amplissimus, ut TIBI innotescerem ac dignus a TE iudicarer, qui, in domum TVAM receptus familiaritate quadam vterer; non sine insigni emolumento et indefessum litteras vniuersitatis ornandi studium, et amorem TVVM, quo eos, qui se litteris addictos esse profitentur, amplecti soles, nec minus benevolam TVAM in me voluntatem animaduertere potui. TV enim, VIR S. V. per triennii spatium me in diuinarum rerum scientia tam paeclare erudiisti et simul tam multis beneficiis me cumulandum es arbitratus, vt mihi, ea de re idemtidem cogitanti, maxime ambiguum sit

pra-

praedicemne meam potius felicitatem, qua TE Praeceptorem  
et Patronum nactus sum, an, TVAM demirer, eruditionem et  
benevolentiam. Multum quidem ac diu in eo cupide elabo-  
raui, vt grati animi studium TIBI quodam modo possem de-  
clarare, sed virium mearum imbecillitatem compertam semper  
habui et exploratam. Iam insuper quoque accedit tempora-  
ris angustia, quae efficit, vt nihil Nomine TWO Venerabili  
dignum ab ingenio qualicunque meo sperare possim. Quam  
ob causam, quo officio me exfoluerem, auxilia repetii a S. V.  
SEMLERO, Viro, eruditionis laude conspicuo, cuius dissertatio-  
nen, solide nitideque conscriptam, Nomini TWO inscribere  
nullus dubito. In spem ingredior certissimam digneris fore, vt  
eam beneuole quae singularis TVA est humanitas, accipere.  
Diuini numinis gratiam supplex adoro rogoque, vt TE, totius  
Germaniae decus et ornamentum, omnibus bonis, quibus sum-  
ma mortalium censemur felicitas, cumulet cumulatumque sal-  
vum atque in columeni in seros annos conseruet. TIBI caete-  
rum velim persuadeas, in omni eorum numero, qui, vel vir-  
tutum TVARVM excellentia delectati, vel beneficiorum TWO-  
RVM magnitudine moti, TE colunt et obseruant, neminem esse,  
cui ego concedam, vt TE, plus me, et veneretur et admire-  
tur. Denique TE maiorem in modum rogo atque obtestor,  
vt pristinam TVAM erga me, breui a latere TWO aegerrime  
diuellendum, animi propensionem beneuole conserues, nec me  
cesses prius amare, quam boni bonis bene velle definant. Scri-  
bebam Halae d. V Id. Maii clo Iccc llll.

PRAE-





## PRAEFATIO.

**C**ommendare sacrarum scientiarum amatoribus, superiorum temporum varia scripta: et opus omnino non esse, et inuidia ad alios non carere videatur. Illud quidem, quod iusti vniuersae eruditionis arbitri et hac nostra aetate satis intelligunt, et ante nos non ignorauerunt, quantum ad humanae, cuiuscunque sit generis, cognitionis perfectionem intersit, veri, falsique perspicere originem, scire vicissitudines, incrementa tenere, et varias, pro temporis varietate, caussas. Hoc autem, inuidiae suspicio, vt occupasse nostra aetas summa quaque videtur et excellere prae superioribus vel ideo locum habeat: quod tantum detrahi nostri temporis laudibus, ditissimisque scientiarum interpretibus decedere, videri possit, quantum antiquioribus honoris, studiique tribuatur. Quo et illud accedat, quod parum sit liberale, id quemdam ipsum commendare, quod ipse non obscure amet. Quam ob rem breuibus tantum excusabimus hanc, quam promittimus, operam, lectoribus iis: qui aut omnino veteres illos contemnant, (quos patrum venerando nomine maiorum pietas honorauit,) vt pote earum rerum, aut, si optimarum, eos interpretes, quorum hodie optimum quemque et pigeat et pudeat; aut caeco nos quodam eorum amore duci forte arbitrentur, aut tantum non aetum nos agere credant. Constituimus autem librorum symbolicorum ecclesiae nostrae illas partes, quae ad superiorum temporum historiam et antiquitatem pertinent, ex istis illis causis illustrare. Quod quidem non plane nouum est

A

con-

consilium <sup>a)</sup>), quippe quod rei ipsa indoles facile sua erit: nec tamen id alii ita fecuti sunt, vt i nos instituimus; vt id taceamus, illud esse huius negotii ingenium, vt a pluribus geri, non perfici statim atque omnino possit. Excutiemus plures vetustiores scriptores, quibus certe multis <sup>b)</sup> hac in causa opus est: sed ita nosmet ipsi geremus, vt appareat, nec praecipuum nos eruditio nis partem facere, quae plurium librorum complectitur commercium; nec Patrum nos maiorem auctoritatem facere, quam sua cuiusque auctoris conditio, et temporum certa vitia illam patiuntur. Id certe nobis simul proponimus, vt varii generis multi scriptores, et commoda, quae inde sperari possint minus a nostris ignorentur, ac fieri vulgo assolet. Atque illa nostra opera, instauratorum a Luther o dei beneficio facrorum nostrorum causam luminis non parum habitur am; pudoremque romanae ecclesiae magis retectum iri, nobis autem omnibus concelebrandi dei, qui ex istis nos tenebris et infortuniis vindicauit, argumentum vehementer augeri: facile credimus intelligi; vt certe spe rare liceat, non vno nomine, hoc, quod instituimus, cum utilitate quadam coniunctum fore.

Elegimus iam primo loco, celeberrimam olim sub oriente atque occidente sole, oblitteratam fere hodie, quod Dei contigit per Lutherum beneficio, regenerationem monasticam. Vtrumque orbem vitam monasticam sacramenti, quasi in loco habuisse, partim fere constat, partim pluribus declarabitur: sed aliam hodie esse, per nostrum orbem, remotamque a credita olim diuinitate, sententiam: et mano-

<sup>a)</sup> Ut enim illorum operam non commemo remus, qui in plurimos aut quosdam libros symbolicos commentari sunt, qui magno numero recententur in S. V. Feuerlini bibliotheca symbolica inde a Sectione 3, Clavis III seq. et S. V. Baumgartenii illustrationibus, nemini certe obscura esse potest. Carpzovii diligentia ad libros symbolicos olim collata, quam operae omnino estet premium hodie integrare atque angere. Quod ipsum quodammodo instituisse videtur En sa. Cyriacus, vi paret ex cap. XVI. historiae A. C. germanicae, quod inscribitur, Eröffnung einer Vorhabens, da man alle Glaubens und Sittenlehren, Reueien, Kirchliche Trennungen, Ceremonien, Wissbaude und andre der Jugend unbekante Dinge, deren in der Confession gredacht wi d, erklären wollen.

<sup>b)</sup> Cum hoc consilium ad historiam quasi doctrinarum quarundam pertineat; ne mo autem prudens historicus, ex eo, quod semel occurrat forte, recte id pro vulgariter ei sollemni ritu, consuetudineque habeat; satius autem constet, quam calide romanae quidam ecclesiae doctores aut negent omnino, hoc illud a quo quam catholico traditum, statutumque fuisse, aut certe, ut possint optime, interpretatum eant: luculentius apparat, vno alteroque tantum documento hac in causa, satius tiro non stari; sed pluribus omnino opus esse. Quae quidem non tam aliorum serinie compilando, vt fieri solet, sed diligenter lectione prisorum scriptorum ipsi annotauimus.

manorum doctorum ex fluctuatione, et ex longe aliis, melioribus  
vtique, studiis, <sup>c)</sup> quae celeberrima iam per monasteria florent, lu-  
culenter intelligitur. Neque vero ab utilitate sciuncta ideo erit  
nostra opera, quod longe est iam minor superstitione, et quod illam  
pristinam fateri ipsi nolunt, qui eam, nisi deus obstatisset, haud dubie  
ad nos transmiserant, aut vniuersam, aut adeo auctam. *Primum*  
enim, grauiter, et seuere maiores nostri animaduerterunt in peruer-  
sissimae religionis miraculum; quos facile *Bellarmino*, <sup>d)</sup> aliquique  
multi, vt quaeri solent varia causae praeisdia, in suspicionem, fra-  
duleter et per inuidiam auctae vniuersae rei, adducant; vt pan-  
icum terrorem temere fuscitasse optimi viri videri possint, nisi con-  
seruemus et hodie omnem pristinæ pectis atque infelicitatis memo-  
riam, et grauissimum eius bonis omnibus sensum, quoad vsque recte  
sieri queat, reducamus. *Deinde* est hoc luculentum exemplum er-  
roris, qui licet minor olim, in immanem excrevit; vnde facile sit  
arbitrari, quanto cum periculo extra scripturam sacram, pietatem  
eiusque exercitium homines promotum eant; quod in vitium eo so-  
lent esse prouiores, quo id meliorem, et virtutis, officiique adeo,  
speciem, induere solet. *Tandem* et illud huc iure nostro referimus,  
quod non nulla videbamur et ipsi obseruasse, quae ad illustrationem  
et scriptorum et antiquitatis mediae quodammodo pertinent, hac,  
quam instituimus, via commodissime prodenda. Atque ita aequos  
arbitros facile speramus, quoruna prolixa cetera voluntate et vti et  
excitari, magnopere optamus.

<sup>c)</sup> Quorum ad redditum et dignitatem promouendam, signum quasi fufilisse et  
præiuise videtur celeberrima illa *Benedictinorum*, quorum a S. *Mauro* nominatur  
congregatio, in Gallia familia: quam plures in eodem regno, plures in Germania,  
Italiaque, eximium exemplum, partim hodie sequuntur, partim fere  
aequant; licet immatura notisimi Abbatis *Trappensis* pieras antiquiorum sinistra  
acmulari studia malle, quam eruditiores monachos pati videretur.

<sup>d)</sup> Qui, vt postea ostendemus, mendacia, calumnias et similia de nostris carmina  
im-  
saepre praedicat, vt antiquiorum, qui cum *Lutheri* eiusque amicis vixerunt, im-  
pudentiam tacamus. Accedit, quod nec hodie desunt, qui statim monasticum  
ipsum ab insita quasi sanctitate collaudent, quos inter fuit ex *Benedictinorum*  
*Maurianorum* societate, *Ioh. Steph. Badier*, qui libro, *de la sainteté de l'eras mo-  
nastique*, pristinam huius vita praefrantiam valide tutari annis est; licet nec  
adversario, *Geruasio*, nec suis adeo fuscitam causam sati probarit. Non at-  
tingimus, quod non desunt, qui religionem monasticam etiam diu post *Lutheri*  
animaduersem, adhuc baptismio acquari dicant.

## C A P V T I

quod exponit

Maiorum nostrorum de regeneratione monastica  
querelas.

S V M M A.

- §. I. Querelae maiorum nostrorum in libris symbolicis, de nefanda comparatione religionis monasticae cum Sacramento baptismi.  
 §. II. Lutheri quidam locus, qui Thomam huius impietatis ducem facere videtur illustratur; et Thome ipsius sententiae quedam.  
 §. III. Non ex Thoma, aut uno alteroue,
- sed ex monachorum l' monumentis de summa rei statuendum est.  
 §. III. Satis clementer maiores nostros de monastica vita statuisse; que parum laudis habeat inde ab initio  
 Scriptores alia prodere, quam quae fuit opinio hominum religione oppressor.  
 §. VI. Summa huius cauſe, quo redeat.

## §. I.

**R**equirere videtur electi a nobis argumenti ratio, ut paulo verbosius explicemus, quod commodum commemorauimus, grauiter et seuere nostros maiores in regenerationem monasticam animaduertisse; non solum, quia isto tempore <sup>1)</sup>, seculo XVI, hi fere primi et vni fuerunt, qui non tam hiscere, (quod plures meminimus), quam in conscientiam omnium protrahere et vehementer reprehendere aucti sunt istius rei atrocitatem: sed etiam, quod id simul proficuum, vt declaretur pluribus huius dissertationis argumentum, ipsis adeo illorum verbis, quos romani theologi, quasi felius insigne admisissent, pessime experientur. Dabitur nobis venia, vt publicos ecclesiae nostrarae libros et Lutheri quaedam scripta praecepue hic sequamur; quod huius et Melanchthonis impotenti in monachos odio et inde natis scriptis Romani scriptores maxime tribuunt, quod in contemnum illa monachorum religio ad vulgus etiam adducta esse videatur.

Ita vero Articulo VI Abusum A. C. Melanchth. pronuntiat. „Ad haec mala, (mutati monasteriorum status) accedebat talis persuasio de votis, quam constat etiam olim displicuisse ipsis monachis, si qui paulo cordatores fuerunt.„ Docebant vota paria esse baptismu; docebant se hoc vitiae generem mereri

e) Quo omnem hominum patientiam, tolerantiamque religionis nomine imponendum experiri voluisse videri possint Romanae ecclesiae et caput et principes quidam viri, ad omnes vel acerbissimas gentes Germaniae querelas fundi: vt benignissimum Deum etiam huic rei interfuisset, atque Pharaonis imitatores simili iudicio subiecissent fere appearat.

mereri remissionem peccatorum, et iustificationem cōram deo - - -. Ita persuadebant, monasticam professionem longe meliorem esse, baptismo; vitam monasticam plus mereri, quam vitam magistratum - - -. Nihil horum negari potest, extant enim in libris eorum, etc.

Hoc idem hic ibi fere repetitur in *Apologia*, maxime de votis monasticis.

„Sed de genere doctrinae disputamus, quod nunc defendant architecti confutationis - - vtrum cultus illi, mereantur remissionem peccatorum et iustificationem; vtrum sint satisfactiones pro peccatis; vtrum sint pares baptismo; vtrum sint obseruatio praceptorum et consiliorum; vtrum sint perfectio euangelica, vtrum habeant merita supererogationis; vtrum merita illa applicata aliis, saluent eos etc.

„Itaque et illa blasphemia nullo modo ferenda est, quae apud Thomam legitur, professionem monasticam esse parem baptismo. Furor est, humanam traditionem, quae neque mandatum dei, neque promissionem habet, aequare ordinationi Christi.

Eadem habentur in editione germanica, edit. Halensis p. 92, denn sie geben vor, daß Klostergelübde der Taufe gleich wären, etc. und würden also die Klostergelübde höher gepreiset, denn die Taufe; aut, vt in editione Rbauiana, corporibus Brunsv. Iulio, thur. et Melanchthonis, also rümen sie das Klosterleben und segens viel höher denn die Taufe, und sonst äußerliche göttliche Stände etc. et Apologia germ. edit. Hal. p. 510, darum ist auch das gotteslästerliche häsliche Wort, welches Thomas schreibt, in keinem Wege zu leiden, daß ins Kloster gehen, solle eine neue Taufe seyn, oder der Taufe gleich seyn etc. Item artic. Smalcald. parte 3. artic. 14 und sie rümen aus ihrem S. Thoma, daß Klostergelübde der Taufe gleich sey; das ist eine Gotteslästerung.

Lutheri autem plerique omnes libri scatent querelis et acerbe dictis de monachorum superstitione, quae omnia excutere iam nihil attinet. Sufficiat hoc carmen f): solche schändliche lästerliche Lehre von der meineidigen, treulosen und abtrünnigen Mönchtaufe, haben sie erstlich von S Thoma, Predigerordens, der doch selbst vor seinem Ende auch verzweifelt und sprechen mußte wider den Teufel, ich glaube was in diesem Buch (meinet die

A 3

f) Et ex Lutheri Kleiner Antwort auf Herzog Georg zu Sachsen, nächstes Buch; in editione Gebaueriana tomo XIX, pag. 206. n. 23. et n. 24. vid. et ibidem epistolam Ursulae, principis Munsterbergensis, p. 2127. n. 13. ut alia Lutheri scripta aduersis vota monastica taceamus, quae videre licet in S. V. Walchii praeferri historischen Einleitung in die Streitigkeiten Lutheri, c. 12, hinc eidem praefixa.

biblia) stehet. Von dem haben sie es in alle Orden, in alle Klöster und in aller Münche Herzen gerieben, etc.

§. II. Licuerit hoc loco quaedam obseruare, quae ad ea, quae hic summatum exscripsimus, rectius intelligenda non nihil pertinent. I. Non obscure Lutherus loco commodum designato, *Thomam*, Aquinatem, praecipuum auctorem celebrat, a quo fatalis iste error ad ordines monachorum omnes et in vulgus deriuatus sit. Quod quidem rigido verborum interpreti excusari, facilius, quam probari posse, existimamus; decet certe ingenuos esse *Lutheri*, qui is maxime erat, amatores. Itaque, si ista fuerit *Lutheri* sententia, primum *Thomam* hoc laudandi genere vsum esse, et praevisse id aliis: a vero paulo longius aberit; scimus enim, atque Cap. II id ostendemus, *Thomam* ab aliis accepisse, qui longo ante ipsum tempore hoc encomium monasticae vitae adaptarunt. Neque illud verosimillimum arbitramur, si quis putet, *Lutherum* id tantum velle, Pontificios isto ipsius tempore, et paulo ante illud, *Thomam* magistro vnicce hac in re vlos fuisse, et ab eo id didicisse. Nam in monasteriis, qui docendi non tam prouinciam, quam umbram eius, isto tempore gerebant, raro adeo ipsi docti erant, ut *Thomam* personarent; longo potius iam tempore per manus quasi traditum erat ad omnes sere monachos, quam beata haec esset vitae conditio. Hac noui baptismatis specie plerique capti, ad monasteria se contulerunt: in quibus, nisi id boni fastigium iam scirent, e multis homiliis abbatum sive suorum, sive aliorum, hoc regenerationis miraculum discerent. Iстos ceteros autem, qui monachis doctiores habebantur, doctores ipsi et scriptores laudum monasticarum, certo scimus hoc *Thomae*, pro sollempni, carmine vlos fuisse; quorum cum non esset exiguis numerus in variis iam academiis: legitima efficitur ista *Thomae* accusatio, quod infaustus docendi et tuendi erroris iam inueterati auctor ad multos fuerit, qui scriptores alios, praeter *Thomam*, aut ignorarunt, aut contemnere pree diu homine soliti erant. Nostris certe ipsis maioribus criminis aut vicio dari nequit, si vel maxime id ignorarint forte, quod nos ex scriptoribus ante *Thomam* efficimus; quod didicisse non poterant, quoniam illa aetate paucissimi mediiorum seculorum scriptores in luce publica versabantur.

Iuuat

¶ Neque enim nullum facimus discrimen, si qui fuerunt, etiam plures, qui ante *Thomam* hoc tantum commendandi genero ad monachos vsi fuerunt, quos eo officio et dignitatis sequendae admonebant; et, si quis eam phrasit ex oratorum, quorum certe vita, licet non virtutes, sectabantur mediis temporis scriptores, ore in doctrinae corpus transfert, argumentandoque id efficeret, ut idem professionis monasticae fructus credi queat, ac esse baptismi, deus fidem nobis fecit. Hoc autem *Thomae* est vitium; atque inde ab eo pro certa doctrina, quae fore ad fidem pertineat catholicam, haberí cepit.

Iuuat autem Thomae istum locum <sup>b)</sup> hic exhibere; „Rationabiliter autem dici potest, quod etiam per ingressum religionis aliquis consequatur remissionem omnium peccatorum. Si enim aliquibus eleemosynis factis potest homo statim satisfacere de peccatis suis, secundum illud Daniel. 4: „multo magis“ sufficit, quod aliquis se totaliter diuinis obsequiis mancipat per religionis ingressum, quae excedit omne genus satisfactionis, etiam publicas poenitentiae. . . . Vnde legitur in viti patrum, quod eandem gratiam consequantur religionem intrantes, quam consequuntur baptizati.“ Quum Thomas hic id maxime dilputet, per suscepitam religionem, peccatorum contingere remissionem, probabiliter, et ex ratione argumenti a minori ad maius; eamque in rem alleget id vetus dictum, quod inuoluit remissionem peccatorum, adeo nec ipse hoc pronuntiet, quod aliorum tantum recitat, quia disputationi conueniebat; et hanc comparationem in aliis libris, certe in vtraque summa, non repeatat: poterat sane ipse tolerabilius <sup>c)</sup> harum laudum interpres videri, nisi plura alia reliquisset commendandae vitae huius documenta, quorum nisi maius, certe idem esse momentum ad vulgandum augendumque insanissimum illum errorem, facile intelligitur. Cuins generis quaedam commemorandi erit alio tempore <sup>d)</sup> locus. Hoc autem ipsum, quod semel hic his verbis prodidit, tantopere posteris placuit: vt a pluribus romanae ecclesiae doctribus inde repetitum fuerit atque iactatum; qnorum e numero, propter quosdam, quos B. Chemnitius nominavit, proferimus nos Raynerium de Pisis, <sup>e)</sup> Antonium Flor. Aep. <sup>f)</sup> et Ioannem Vigerium, <sup>g)</sup> Granatem.

§. III. ii. Melanchthonem et Lutherum in libris symbolicis tangere, partim romanorum isto tempore doctorum audaciam, partim, et maxime,

b) Exstat in II 2dae, qu. 189. artic. 3. ad 3; atque obiter a B. Chemnitio in exam. concil. trident. sess. 8. c. 1 excitatus est, ex Rosario. Idem, ne forte ignoraretur, his verbis in indice Summae Thomae ita exprimitur, voce Religio n. 36, in ingressu religionis recipitur tanta gratia, quanta recipitur in baptismō. i) Si comparetur ad fecutam discipolorum intemperiem, qui et de suo auxerunt, si quid pauci obfuerint inesse his verbis poterat e. g. verum Thomas tantum poenas temporales, an vero culpam etiam remitti spondeat.

k) Quaedam poftea occurrit.

j) In Pantheologia, seu summa uniuersae theologie veritatis, temo II. de religiosis c. 4. p. 840 editionis Brixensis anni 1580. 4.

m) Totius summae parte III. titulo XVI. cap. X. de commendatione religionis §. 6. edit. Venetae 1503. 4.

n) Institutionibus theologicis, loco de fortitudine, veritate 4. pag. 210. edit. colon agripp. 1607. 4.

me, monachorum ipsorum per manus traditas opiniones,<sup>e)</sup> crudas, et magis fere atroces, quam quae publice prodi et scriptis explicari solebant. Scimus autem, atque Romani adeo *Tzelii* exemplo publico id ita experti sunt, vt negari nequeat, pessimum aut imperitissimum quemque monachum, huius vitae et per eam aliis distribuenda parta et cumulata beneficia, et pessime et imperitissime extulisse; non contentum iis laudibus, quae iam vulgatae et prescriptae essent; quasi obsoletas illas nouis atque inauditis aliis pro virili augere, christianum eset. Quod ideo obseruamus, vt appareat, in omni hac causa, non *Thomae* aut *Vnius*, pauciorumne auctorum libris et dictis standum esse: sed ipsorum monasteriorum, si qua huius generis supersunt, monumental exuti oportere, et locupletissimos testes, ipsos monachos audiendos esse; quem locum meminerimus paulo post attingere.

§. III. iii. Istam peruersissimam et pestilentissimam de vita monastica follemnam fere opinionem, ex nostrorum eorundem sententia, non omnium temporum, nec omnium hominum fuisse; ad plures tamen hoc vitium, quam mediocritatis, que est inter nimium et parum, laudem, pertinuisse. Atque quod ad vitii communione<sup>m</sup> p) attinet, non opus est, vt excitemus infelicissimae atque amplissimae superstitionis documenta. Istud alterum, vt fateamur, quod sentimus, omni quidem ratione non caret:<sup>n</sup> sed et clementissime est dictum, et pro ratione temporis, quo exiret:

e) Quarum omnem indolem nemo intelliget melius, quam qui documenta et epistles tam monasterias, quam ab illis benefactoribus destinatas, seculo ineunte XVI, integro autem XV et XIV, praeceps in Germania, excuserit; his omnino plurima aut a monachis sigillo et scriptura munituntur, aut suscipiuntur ab aliis scripta, que de fide catholica esse, vehementer negare solent Romanis disputationes, nec ab ecclesia unquam definita: sed quae eo est magis a christianis remotum tolerata fuisse, quo propius absunt ab Isiacorum veterum coniectorum fraudibus atque imposturis. Tacemus ea, quae ipso illo instauratae religionis nostra tempore multi piissimi homines voce et querelis celebrare scimus; adeo aures ipsorum, qui dei voluntatem audire debebant, ab impudentissimis concionatoribus confelerant sollebant.

p) Idem infortunium olim Galliae, Angliae, Italiae, Germaniae, Europae vero omnis fere fuit: quod luculenter appetet vel ex solis donationum monachorumque monumentis, quae longe plurima superfunt inde a seculo VIII et VIII.

n) Coligit iam B. *Chemnitius in locis theol.* tomo II de consilis euangel. patrum adeo qorundam testimonia, quae exiguum monachorum prae aliis praestantiam efficiunt: est autem illud non ignotum, anceps esse negotium, quod patrum tantum auctoritate confundendum sit, quorum saepe sententia cum librorum numero variat. Postemus et nos ingentem numerum testimoniū producere aduersus monachos, ex ipsis adeo eorum praefidibus atque abbatibus; e. g. Tomo VI. bibl. maximae patrum habentur homiliae *Eusebii cuiusdam gallicani nomine* (sunt autem ex variis sententiis confutae, et male congestae; vt patet vel ex pag. 622, littera F. et pag. 651, littera F, vbi evaqua verborum, sed de ipso protinus fine capiunt etc. repetenda et restituenda est ex pag. 622), quas inter illae ad monachos

mia pleraque rerum olim gestarum documenta adhuc ignorabantur. Hac certe luce, in qua versamur, qui recte vtitur, facile credat, quod *Dodwellius* de paucitate martyrum statuit, longe maiori iure de hoc vitae genere statuendum esse; quod, vt partim casu, partim inuita SS, et sine verae pietatis sensu, partim inueniuntur hominum aut imperitia, aut difficulti et aspero, inhumaniorique ingenio, ortum est, ita et paucissimos bonos tulit monachos, innumerabiles vero malos et pessimos. Iffos autem illos facile monachorum numero eximus, qui monachorum specie magis, quam vita vsi sunt, bonis litteris, et scripturae sacrae operantes, reipublicae christianaes praefectos, scriptisque et bene gettis celebres; qui plerique omnes, quod laudis habent, non collegerunt in monasterio; sed partem eius intulerunt, varia cognitione iam imbuti, que ceteram vulgi monastici difficultem vitam non pateretur; partem ex aliorum exemplis et colloquiis, quibus ad meliora excitati sunt, partem in re christiana publica acquisuerunt. Illud certe non debet negligi, ipsa huius vitae initia, tam multa illempida, ab hominum adeo saniori ratione plane remota, a christiani autem eximia persona omnino aliena complecti; vt mirum non sit, posterorum progeniem cuius haud paulo fuisse vitiore. Sed, si vel maxime quis hac oratione offendatur, quod adeo in rebus multo clarioribus accidere solet: illud tamen tenendum est, vitam monasticam, inde a seculo XVI, si redeamus in superiorum seculorum usque ad VIIimi VIIIi qui memoriam, non solum diuersam fuisse ab antiquiori, quea *Benedicti, Columbanique* regulis, additisque nouis commentis caruit; sed etiam gratiae diuinae, Iesu Christi, et fidei Paulinae fere nullam mentionem fecisse; quippe ubi ipsi homines, sine Christo, salutem animae per donatos et ipsos,

chos non complectuntur ingentes laudes. *Guibertus adeo*, abbas gemblacensis, claustrum, locum parum aduersus hostes munitionem dicit, quod multum abest a superstitione aliorum, in *Martenni* collect, ampliss. vol. i. p. 927. epift. 10. Auctor narrationis de monasterio S. *Vincentii* tomo 6 *Vghellii* italiae sacrae, pag. 468 ed. primae, acriter inuehit in monachos temporis; nec *Bernardus* parcit in Apologia ad *Guillelmum* abbatem. Nec *Potho*, presbyter Prumentis, in libris de domo dei, nec *Ioh. Sarisheriensis*, nec *Io. Trithemius*, in libro de triplici regione claustralium, angelos terrestres praedicant monachos. Et *Volcanus*, ipse abbas in Seidichenbach, *claustra* non amplius a claudendo, sed a claudicando dicenda esse vult, quod monachi claudient, in notis *Barth. Schobingers* tomo 3 rerum *Alemannicarum* p. 90 excitatus. His autem et similibus hodie non opus est denuo coactis, quorum dictissima est seges in *Catalogo testium veritatis*: partim etiam *Wolfi* lect. memorab.; vt corum scripta non nominemus, qui Reformationis necessitatet et vota superiorum pro ea, expouerunt.

¶ Quod fere *Fleur* satetur, qui plura solet, quam alii, in hist. eccles. lib. 64. n. 37 les anciens ne mient pas, que l'on ne trouvat souvent entre les moines des sujets dignes de la clericature et même de l'épiscopat; mais alors ils changeoient d'état, et quittant leurs solitudes ils rentroient dans le commerce des autres fidèles cet.

ipos, et agros, redditus, seruos etc. quaeſitum ibant. Hoc illud est non exiguum discriminem inter medios et vetustos monachos; horum enim nullae exſtā speratae aut promiſſae ob collata pinguia munera vitae aeternae, veniae peccatorum etc. documenta.

§. V. iii. Hanc cauſſam diuidicandam eſſe, non tam ex ſerius adiuuentis eius tuendae variis praefidii, ſed ex ea opinione, quam ii ipsi homines, quoſ promiſſa tanta beneficia ad monaſteria inuitabant, de huīus vitae praefantia conceperant. Illa omnia, quaē Thomas et poſt eum multi alii intricate docent, de perfectione iſtrumentali, de graſia, in qua profeſſio fieri debeat, etc. partim noua ſunt, partim rei cauſſam non mutant; partim vulgo plane fuerunt ignota: tamen hanc imperitam plebem ambabus accipiebant boni abbates et monachi, cuius pietatem ex legatis et donatis iam cognouerant, non turbandam fane tam difficultibus nugis. Si redenda fuifent illa omnia, quaē ab iſlis donata fuerunt, qui in peccato mortali, ſine graſia, profeſſi fūnt, aut quaē piaculi quaſi cauſſa dona obtulerunt: minus opus fuifet, paupertatem adhuc vouere, quam haud dubie experti fuifent, impiorum et non rite professorum tantis tamque opinis accessionibus<sup>3)</sup> priuandi.

§. VI. v. Summarum rei omnis, de qua agitur, eo redire: ut efficiatur, superiorum temporum infelices chriſtianos, religionē monaſticā cum baptiſmo comparaffe, non ſolum, quod rhetores laudandi argumenti cauſſa faciunt, quaenquæ ſimilitudine vlos: ſed eo nomine, quod homini, qui monaſterium ingrediatur, vniuersa gratia dei tam condonandorum male admiſſorum, quam virtutum omnium, et aeternae tandem felicitatis, ſtatiu et certo contingat, ſimil ac ſacra iſta aliquis vſtimenta induat, quorum eadem fere eſſet virtus, ac aquae baptiſmalis. Monachum iam factum, aequē mundum integrumque eſſe, ac recens baptiſtatum, adeoque aptiſſimum, qui optimè deo mereatur; a quo non ſolum ipſe ſibi largam ineat gratiam, ſed etiam innumera bona, quibus felicissimo iam, nec opus nec vlos eſt, aliis acquirat. Porro, in monaſteriis altum eorum fuifc silentium, quaē Ieſus Christus, ſalutis humanae auctor et ſtator noſtra cauſſa bene fecit; et quaē ſunt huīus generis alia. Itaque non ſolum id hic quaerimus, vtrum monachi et eorum patroni

<sup>3)</sup> Lubet exemplo docere, qua religio etiam antiquioribus inhaeſerit, ſi iſta placet. In vita S. Richimiri, tomo 3. part. I. adorū SS. Mabillonii, pag. 229: vidua deum timens, ſed quaes pauper effecta erat, quia vinum nimis diligebat, (o timorem dei!) fecit contracrum cum S. Richimiro, da mihi vinum, et ego prædia et mancipia tibi dabo. Taliter autem, (pro vino, quod ſemper bibere licet) memoratus Sanctus eius res peragendo, acquiſuit omnes. Hacc non tam deum timuit, quam monaſterii exſtruendi uitlitateſ ſecuta eſt religione plane falſa.

tronii vitae huius electionem cum baptismo comparant, et baptismum nouum adpellant, quod et ipsum negari non potest: sed etiam, et multo magis, utrum hoc nouum salutis aucupium tanti fecerint, ut baptismum prae eo parvi fecerint, eiusque fructum, qui per omnem vitam pertinet, sustulerint; atque, an hoc facere, non sit summum in Deum, imperatamque ab eo salutis viam, flagitium. Cuius rei maxima, et quae vix magis pateat.

## C A P V T . II.

## P A R S . I.

Descriptio Regenerationis monasticae, ex auctoribus  
ante repurgata sacra.

## S V M M A .

§. VII. Integerrimam scribentes nos rationem seculi.

§. VIII. Breuior quasi contemplatio vita monastica summatum; laudum illius miracula.

§. IX. Varia olim confilia eius vitae et incrementa.

§. X. Ascetas bonus quosdam, sed paucos fulle lacrimarum et ardens studium.

§. XI. Monachi plenique poenitentiae fuderunt, metuviav. christianam ignorantes.

§. XII. Origo nominis, regeneratione, de vita monastica, adhibiti. Poenitentia, tantum in monasteriis optima videbatur.

§. XIII. Ludibria poenitentiae creditae, et seculi duni.

§. XIII. Lineas quaedam historiae regenerationis seu baptismi monachorum, inde ab Hieronymo.

§. XV. Atroces de hac regeneratione sententiae, inde a seculo XI. 1. *Sin. sonis*, iun. 2. *Godofridi vindoc.* 3. *Giarri*, igniac. 4. *Petri cellensis*. 5. *Odonis* Cluniac. 6. *Petri Clun. et Blesensis*; et Nicolai. 7. *Lipi Ferrar.* 8. *Bernhardi*. 9. *Petri delphini*. 10. *Antonini* Florent.

§. XVI. Observatio, de aemulatione baptismi per varias ceremonias et ritus incepientia vita monastica. 1. eadem credita utilitas. 2. aliena fide prodelle credita. 3. in libro vitae scripti 4. vel ad infantes pertinebat eius necessitas. 5. idem carmen abrenunciandi.

## S. VII.

Jam ad id accedimus, cuius rei causa hanc scribendi operam suscepimus, ut declareremus superiorum temporum infelici superstitutionem, quam tecummatim accusarunt maiores nostri; ubi ita versabimur, ut appareat: non vagis nos ludere criminationibus, sed ipsorum eorum testimonis nos tantum vti, qui praefelle tum ecclesiae, scriptisque et concionibus, publice priuatiisque, homines ad eam, quam Christus praeviuit, religionem du-

cere,

cere suorum adeo temporum late vagantem opinionem prodere, videbantur. Vitio autem verti nobis non poterit, quod istorum seculorum vitia, ut crimina non dicamus, excusare aut defendere non licet. Quod negotium ut optime, prout possumus, peragamus, primum breuiter antiquiorum temporum monasticon repetemus, quea paulo post praeceps ire cepit; deinde scriptorum plurium de sequiori testantium excitabimius auctoritatem; tum monastica quaedam monumenta afferemus, ut superesse nulla possit de ipsa re dubitatio.

S. VIII. Primum ergo omnium paucis de ultima fere antiquitate monasticae vitae agimus, cuius ipsam originem non opus est, ut verbo-fius<sup>2)</sup> exponamus, quae nec hodie facile a quoquam ignoratur, nisi quis ignorare ea velit, quae displicere possint; nec satis utiliter iam comparatur ad secutam illam vehementer mutatam religionem, si haec ipsa emendandae atque augendae illius pristinae causa superuenisse credatur. Vt am fruamurque saltim nos illa felicitate, quam Deus nostram esse voluit, qui intelligimus, quantum a vero abit, vetus ista opinio, quae vitae religiosae originem inde inter Iudeos antiquissimos quaerit, a Iesu Christo, apostolisque eius imitando laudat et posteris adeo diuinitus tradidit fuisse<sup>3)</sup> tulit; quam certe facilis illis condonamus, quorum exigua verum videntur.

¶ Est enim illud tam amplum argumentum, et tot diuersas sententias complectitur, ut singularem et praecipuum quasi operam poscat. Nec attinet magno numero scriptores excitare, quorum nomina ex S. V. Baumgartenni *institutionibus theologiae litterariis cognoscendi possunt. Vnicum nominamus Mabillonum*, in praefatione ad tomum I. ad. SS. ord. benedict. §. i seq. In eo aquiores causas arbitri fere conueniunt, *Hilarioni, Antonii discipulo, monachorum in Palaestina originem deberi; in Syria autem et Mesopotamia, Aeni f. Abumi, de quorum vario genere videndum Affemannius, in bibliotheca orientali vaticana, tomo II, dissent. de monophysitis, et tomo III, parte I, pag. 303.*

¶ Hieronymi adeo tales legi sententias, iam deserunt mirari, qui eius vehementis ingenium, quo plane qualibet apribilebatur, si ad quid amplectendum semel deuenisset, norunt; possint tamen eo facilius excusari, quo saepius rhetorum se monitum imitari, ipse fatetur. Seniores autem rei parum siadendae occurruunt auctores; quos inter orientales, eminentis *Moses Barcepha*: in *Affemannii* tomo II, fine dissertat. de monophysitis; „veteres habuit (monastico) carebant, cum tamen calta monachatus opera haberent; Henoch, inquam, et Noe, Melchised, Moses, Ioseph, Elias, Eliae, Ieremias, Daniel. — Quum autem servator hominum Christus apparuit, Joh. baptista, et sancti apostoli et euangelistae, et eorum discipuli hoc ideum monachatus institutum amplexi, Deo volebant. Dum vero Dominus Deus inter caetera dona sua, hanc etiam formam habiti monastici temporibus Antonii M. concessit., Sed Simeon aep. Theodosius. quae sit. 60 operum sumitibus Ioh. Duce, Woiwodae Moldauiae 1685 editorum, nona Parte, Antonioque vestes monachorum, sed a Iesu Christo eiusque discipulis adeo, ortum trahere statuit; recensente R. Simon in critica bibliothecae du Pinianae tom. I, p. 432. Apud cundem *Affemannum Thomas Margensis*

videndi facultas sine fraude immanta multa passa est persuaderi; quam multis alis, qui impotenter concionando et collaudando falsam opinionem et induxerunt, et adiuuerunt. Ut ex ingenti profusarum laudum colloquiae quedam tantum carmina exempli loco proferamus, Σεικον et ἀγγελον σχηματα<sup>2)</sup>; monachorum vestitus, non ideo a græcis scriptoribus saepissime laudatur, quod vulgatum est a diuinis defunctum laudandi genus: sed quod Deo auctore ille contigerit et commercio cum Deo sit aptissimus. *Currus Dei*<sup>3)</sup> iactatur esse, vniuersa et multiplex monachorum familiæ, sicut etiam in monachis B. 3. 1000 mibi illi sic hunc, in lia; omnis in his monastica tom. III part. I pag. 467 allegata, „monastica vitam per Mosen – aliasque prophetas, nec non Ioh. Baptizam transmissam fuisse, perque Apofolos monachis deum tradidit,“ narrat. Vnde nec mirum, serius pro re indubit haberi cepisse, sacrum monasticum ordinem a Deo inspiratum fuisse, quod legitur in *Capitular. Francorum* tomo II edit. Baluzii pag. 9. n. II. Sic et affirmat Bernhardius in apologia: nec enim venire aliquatenus in dubitationem potest, quin omnino sit sacer modus conuersationis, et diuina magis inspiratione et consilio, quam humana prudentia vel adiunctio formatus. De *Benedicti* instituto loquitur, sed paulo post de re omni similiiter pronuntiat. Similiter in vita S. Bonifacii tomo 3 act. SS. ord. bened. parte 1: sanctæ conuersationis in apofolice instructionibus disciplina; et auctor vita S. Bonifacii meruit corsors fieri Apofolorum, cum monachus factus esset. Et Leander episc. hispal. tomo I, actor SS. bened. p. 383 excitatus vide, quod viuentes in monasterio regulariter Apofolorum teneant vitam, nec dubitent eorum aequi merita, quorum imitanter exempla; addic Caffani collationes. Tandem et diuus Thomas, qui alter, qua poterit, iudicandi virtute, infinita rerum discrimina adiunquere solet, paucis verbis graueriter pronuntiat: sed et discipuli Christi post resurrectionem, a quibus omnis religio (i.e. monastica) sumis originem, pretia praediorum conferuabant se in II 2da queſt. 188, artic. 7. Et Petrus Bleensis, hoc nouum martyrii genus induxitse *Iesum nostrum* dicere audeat, coenobia; cuius omnem locum infra excitabimur.

v) Caput 265 operum *Simeonis*, Aep. theſſalon. agit δια τη παναχεν σχηματα<sup>2)</sup> αυτον ονουατερον, vt discussus ex R. *Simeonii* critique de la bibliotheque des auteurs ecclesiæ tom. I. pag. 418 de eadem re idem *Simeon aep.* agit queſtione 60 p. 452 criticae *Simeonii* excitatæ.

xx) Nicolans, Bernhardi notarii, epistola 33, tomo XXI biblioth. max. patrum adiunge te ad currum istum, vbi millia lactantium et dominus in eis; locus enim iste a Deo factus est. Hic nota illa additur: „*Currus Candacis aerbioptis*, sicut 8.<sup>o</sup> Nempe tam vaga atque inepta est haec praedicandi ratio, vt ipsi illi, qui monasticis in rebus aut educati sunt, aut versatiliſſimi esse possint, iforum hominum monastica Rhetoricam faepe minus intelligent. Nicolans hic vitam monastici appellat *currus Dei*; quemadmodum monachi, adeo p̄i olim homines erant, boves, quibus curru opus erat, dici solebant; ita certe diploma quoddam tomo II operum *Mirai* diplom. histor. legere meminimus, vnde nec mirum S. Columba num, dici *aerigam* domini, in vita S. Deicoli, tom. 2 *Mabill.* acta p. 103 n. 2. Clarius loquitur *Patho*, presbyter Prumentis lib. 3 de domo Dei cap. ultimo: inde profecto liquet, quantum delinquant, quantum communis vitae societatem turbent, qui extraordinaria instituta monasteris tradunt, qui *currum Dei*, de quo scriptum est, currus Dei gecem milibus multiplex, millia lactantium, dominus in

lia; *paradisus* <sup>2)</sup> claustrum, et *tabernaculum sanctorum* <sup>2)</sup> adeo omne extollendae rei cuiusdam genus ad monasticum statum transferri solebat, ut quam apte inepte id fieret, nemo magnopere curauerit.

**§. IX.** Antiquiores monachos, eremitas, stelitas, scimus ipsa ipsorum voluntate, suo vario consilio, non Dei praesentis monitu, recessum ab aliis hominibus fecisse. <sup>3)</sup> Variorum consilio, alii necessitate coacti, et vitae periculo impulsi, curius consilii veram rationem posteri statim oblieti sunt, quorum magnus idem aemulantium numerus deserta loca ideo pectierunt, quod hic ille idem fecerat, licet amplissimae iam terrae religionem christianam non tam paterentur, quam fonderent, et publica diuinorum praecorum vox christianos esse liberet. Sed id est hominum ingenium, ut noua aude arripiat, et adiuventur, non contentum bonis certis. Alii aperte superbia ducti et laudum studiosi in antra secesserunt et cavae, quae vix contortum corpus et misere coactum caperent, alii, ut a terra magis abesse, et caelo propiores viderentur, in columnas ascenderunt,

*in cis, currunt, inquam, extra metam quoddammodo* dicens. Similiter Petrus Bleensis sermoni 35, tomo XXIV. biblioth. max. pag. 144, curius Eliae curris Aminadab, *planum novum, super quod relata est arca Domini de terra philiteorum, curris quoque Dei decem milibus muli iplex.* Curris autem Aminadab, quod sonat spontaneus domini, sunt, qui post lapsum votu se adstringunt contentiae.

*Viam sanctam* praeferat alios appellat *Gugarius* abbas igniac, sermone § de nativitate Domini, tomo XXXII. p. 176, et erit ibi in antiquis civilibus draconum semina ex via etc. Admittit quidem *viam sancta pollutum, sed sanctum absit admisum, tanquam vere, honestum, alter etc.* Clarius Bernhardus in apologia excusat *Gregorii fabula de S. Benedicti transitu: viam viderunt a celo eius ad coelum stratum; et dixit vir ignotus, qui apparuit: haec est via, qua dilectus Dei Benedictus in coelum aescendit.* Quae est enim *via* ab eius celo progreendiens, nisi ardo, quem idem vir beatus instruit, et formae vitae sibi auctoritate vocata? Ita Petrus Cellensis de disciplina claustralium monachorum: similiter Bernhardus religione § monasticam vitam comparat cum paradise terreni: quod tamquam memoratu dignum repetit *Antonius* Florent. Aep. tomo III. summae, titul. XVI. cap. X de commendat religiosis §. 9. sic et vita S. *Dicoll* tomo 2. *Mabillon* act. SS. bened. p. 106, si locus parvulus monachorum, i.e. claustrum, hoc iam sec. VII. *Nicolaus* (notarius Bernhardi) epist. 35, venire et ingredimini *tabernaculum sanctorum*, ut deinde voletis in locum tabernaculi admirabilis etc. Imo *cotulam*; ita epistola episcoporum ad *Radegundam*, in *Gregor. Turonenf.* lib. 9. c. 39 de *claustris monasteriorum*, imo de *cotul regno exire.* Petrus Bleensis epist. 13 tomo XXIV. biblioth. max. quid est claustralem redire ad seculum, nisi *coeli habitatorum* cadere in infernum? Autem narratio de ortu monasterii S. *Vincentii* Tomo 6. *Egbertrii* pag. 495 est: in ea et inde in actis SS. ordinis *Bened.* tomo 3. pars 1. pag. 429. creditur mihi fratres, quia monachus ille, qui in hoc monasterio ad finem permanerit, anima eius aeterna supplicia nequam sustinebit, sed vitam aeternam possidebit cert. Ipsi *Bernhardus de vita solitaria*: habitantes in *celis* potius, quam in *celis*, legi etiam instar omnium potest *Richardsi de grandis illa carmen de mundo eterna ova*, ubi extrema luctuosa delicia prostant.

derunt, coeli aerisque intemperiem, modo cælestium diuissimi et certi di-  
ribitores crederentur, lubenter experturi. Hinc exinde auxit insana reli-  
gio, ut solet, si cuius rei existere solent præmia et commoda <sup>a)</sup>). Hinc  
isto tempore, quo vix centesimus quisque SS. legebat, aut se ipse nosse ex  
illa didicerat, innumera cum diabolo, cum aethiopibus paruis <sup>b)</sup>, et aliis  
corruptæ plane mentis luditris, bella et commercia; quae risu certe ex-  
citando utilissima essent, nisi hominum simul infelicitas et christiana vix  
natae religionis misera conditio, animum contrario sensu perfunderet.  
Iam satis auctoritatis collectum erat ad eos omnes, qui saluti sine optime  
studere videntur; ibi enim diabolus debellandus, ubi tot luculentis  
victoris pedibus adeo conculari solebat. Iam frequens concursus, ut  
omnibus capiendis vix monasteria mille, (sed minus ampla et superba,  
quam posterorum fuerunt) et ~~convenientia~~, sufficerent. Accedebat san-  
ctorum virorum, quorum exempla imitanda erant, perpetua memo-  
ria, extructis facillis, antris et aedificiis sancta, quae dissimiles continere  
incolas non poterant strenuos defunctorum amatores. Cum his *Elias*,  
et *Iohannes* in deserto comparati: quasi isti hominum semper fugerint con-  
sortium, et tor nouis baptis opus esset, aut prophetis, quoctunque esse  
videntur; simillimi cetera, ut quibus intelligit, istis duobus. Iam, ubi mi-  
nus

<sup>a)</sup> Satis præmiorum, dito monstriari et dicier, hic est, sexcentorum miraculorum  
facili arbitri; quorum licet praesens atque expertus nemo fere faceret fidem, tamen  
et nemo tunc tam barbarus atque ethnicus, qui ipse affirmaret, de quo alios  
vel querere audiret; satis ergo erat, posse talia a tam sanctis hominibus fieri,  
qui non frustra pede in uno annos stare, manus extenderes, catenis alligari co-  
lunnae etc. videbantur. Quod ne videanur ex inuidia suspicari, *Athanafius*, si  
is est auctor, vita S. *Anionii*, in fine libelli, ita pronuntiat. „*Huius fratibus*  
„libellum magnopere perlegere curare, ut agitra fideli via sublimis Christianorum  
„et monachorum, sciant, quod saluator noster Jesus Christus glorificantur se, glo-  
„rificat, et feruientibus sibi non tantum regna coelorum, sed etiam, hic in mon-  
„astrium secreta latere cupientibus, famam irributabilem nobilitatem; scilicet, ut et ipsi  
„frumentarum laude meritorum, et ceteri eorum prouentur exempli..“ Nempe Christi  
famus famae nobilitatem et laudem promisit suis, eam ipse expertus, si placet. Haec  
illa fatua hominum ad immunita procluitas, haec fabulas, haec superstitiones, mi-  
racula, haec omne pietatis verac dampnum peperit; malitia et fraus serius  
aduenit.

<sup>b)</sup> Eximia eius generis restant monumenta in vitis patrum, unde fere ad omnes  
vitam scriptores exemplum transit; parum sane laudatueros heros sanctum, nisi  
saepissime et cum diabolo et cum angelis commercium ei intercessisse proderent.  
Inde, ne compilasset alios videntur, fingendas atque excogitandas miris et hor-  
rendis rebus gestisque studendum fuit: ut profecto nihil fere, magis pudorem et  
mirerationis sensum excitare posset, quam tam arrebat. Iudicati, et nequiter  
circumdati humani generis, pietatis adeo nomine, recordatio. Agyriarum et  
circumforaneorum inflar habent plurius isti ascetae: quos ad noua quaæque  
pauida et exporrecta plebs totos dies circumstaret, visa aut audita suo sensu simul  
eximie ad alios auctura.

nus feruere hoc institutum videretur, quippe minus iam nouum, et molestiis semper auctum; ne deessent tamen incolae sanctorum locorum: recedere prohibiti sunt<sup>c)</sup> subinde, qui taedium harum rerum ferre amplius nollent. Religioni dicebatur, sceleri dabatur, e loco et communione sanctorum exire, votum (i. e. his et sequentibus temporibus, propositum, consilium) Deo nuncupatum (sed a lubentibus, nec perpetuum taedium Deo sacrificium facturis) non perfolueret, quasi grandius crimen esset, e claustro exire aliquem, qui in republica Deo hominibusque seruire poterat, quam cum inuitum et reluctante vi retineri, taedio et necessitatibus sensu mentem aegram numquam liberaturum, deoque adeo et nolentem et negantem, gratissimum cultorem tamen futurum, si placet<sup>d)</sup>.

<sup>e)</sup> X. Inter istos omnes, qui *αστρονομοι*, philosophi christiani etc. dicebantur, non negabimus, fuisse quosdam viros probos, pietatisque non omnino expertes<sup>e)</sup>. Sed et illud scimus, istam *αστρονομην*, quea ieiunando, meditando, lacrimando, statisque orandi et silendi temporibus constabat, in detrimentum christiana pietatis ita creuisse<sup>f)</sup>, ut homines

<sup>g)</sup> Notissima est Augustini sententia, quam reluctantibus iam iam monachis isto tempore opposuit: *Ne te voulisse poeniteat. Felix est necessitas, quae in meliora compellit.* Eam Thomas tam in *summam* quodlib. III, quæst. XI, quam alibi repetit; ut foli patrum sententias ad sua recentiora tempora callide transferre. Quod minus recte excitatorum patrum vitium, et Nicolai, ipse dominicanus, et du Pin, et Simonius fatentur, vid. R. Simon critique de la bibliothèque des auteurs eccl., tom. I, pag. 170.

<sup>h)</sup> Quod olim iam displacebat. Confer. Ius Can. XX. q. 1. c. 10. Sin autem ad secularem habitum reverti voluerint, redeundi licentia nullo modo denegetur, *quia fatus inutile est, ut coacta domino seruitia praestentur.* Similiter Papa Nicolaus XX q. 4. c. 4. *praesens*, sub violentia existimauimus minime fieri debere monachum; nullum quippe bonum, nisi voluntarium. Sed alia est iuris, alia facti ratio; periculum erat, ne monachi deficerent; non, ne Deus de minuto seruitio indignaretur.

<sup>i)</sup> Addimus, non pauca eximi argumenti restare in talibus scriptis fragmenta. Nam ea vniuersa commendare nolimus. Ipsa certe illa, quæ Macarii nomine leguntur, naevis non carent præcipuis Pelagianorum monachorum erroribus proxima. Licebit hic *ὡς ἐπι μάγος* obseruare, exstare etiam in Ephremii græcis sermonibus impreffis, fol. *καὶ περὶ ὑπερβολῶν* eadem, quæ in Macarii opusc. de libertate mentis, cap. XIII usque ad XVI leguntur, variantibus tantum phrasibus: ut uero sumillimum sit, esse duplicum ex syriaco versionem; quod inter alia eo facit, ita non Macarii esse, sed ex variis collecta. Ita in thesauro Pessini ascetico, in Simeonis iunioris scriptis, in Iohannis scala, non pauca bona leguntur; sed plurima vitio monasticae et asceticae superbae humilitatis et sedulitatis infecta sunt: ut cuique patet, qui de his non tam ex Φεραση mediocri aut bona, quam ex temporis et vitae istius omni ratione sententiam tulerit.

<sup>j)</sup> Nec Gerjono probabantur Ioh. Climaci de superstitiosis exercitiis præcepta, Rem ipsam omnino tangunt verba Ioh. Jac. Hottingeri, de fatis doctrinae de prædestinatione, pag. 443, „adde quod istud hominum (monachorum) genus, nonnullis

iam soli; Deus ipse in eis nihil, operari habere, viderentur. Hinc enim ista insitata lacrimarum <sup>3)</sup>, quas monachus, sciret nesciret cuius rei causa, solemus enim facile adfuescere) largo flumine funderet, commendatio; hinc celebratissima ἀπαθεῖα <sup>4)</sup>, non tam suaderi, quam imperari coepit, cuius tot et tanta rudimenta capta sunt, ut tandem vota illa monastica enasercentur, quibus quis summatim id omne perpetuum spondebat, quod multiplici ἀσκησεως genere antea, et varia, saepe ridicula, exercitatione captabatur.

§. XI. Intelligitur facile, quod et multis veterum sententiis testimoniisque constat, monachos hos poenitentiae <sup>5)</sup> operam dedisse, et commercio cum Deo. Optandum fane erat, ut illa μετένομε, quam Christus imperauit, illis semper satis cognita fuisset. Immutatio illa mentis nostrae, quae Deum unicum auctorem habet, a quo ideo regenerari dicimus.

„Ils exceptis religionis et pietatis proram et puppiam in ἀφεδια ταυτος confituntur.“ Obseruaret ante, Benedictum in regula, Cassiani collariones legendas ininxisse.

g) Pleni sunt ascetici isti libelli talium superbientium laudum. Simeon ille iunior, oratione XXX: stenim post homines natos numquam auditum est, animam, quae post baptismum peccato se foedasset, absque lacrimis purgatam esse; quod Pontianus emolliere studet. Abredus, in speculo caritatis tomo XXIII bibl. max. patrum p. 118, est profecto gratissimum et acceptissimum Deo sacrificium, profusio lacrimarum, et pro omnibus admisis sufficiens holocaustum est. Smaragdus abbas, in diadem. monachorum c. 15 quamquam per poenitentiam propitatio peccatorum sit, sine metu homo esse non debet . . . Eiusdem Homil. XI, magnus profectus est lacrymarum etc. tomo 12 bibl. max. patr pag 316 et Homil 16 consideret, si per amariudinem poenitentiae Deo satisfecit pro offensi. Proinde quia Dei misericordia occulta est, sine intromissione factum est cet. Ut plurima alia hic congerere omittamus; qualia etiam multa ex recensione ascetarum Syrorum in bibliotheca Affemannii intelligere licet.

h) Simeon saepius excitatus in biblioth. patrum max pag. 754 n. 32 p. 737 n. 85. Iohannes Cittinus, cuius ἀνάγεια studium Goronius iam, ille eximius cancellarius, reprehendit. vid. R. Simon critique de la bibliothèque des auteurs eccl. tom. I. pag. 243 et plerique ascetici veteres. Huc etiam referenda illa famis, frigoris, aelius, pluviarum etc sustinendorum spontanea exercitia.

i) Eius rei testimonia quaedam paulo post proferentur. Antiquitus iam ideo factum, ut qui poeniteret, in monasterium iret Hieronymus, in epistola ad diaec. Sabiniatum: „Hortatus sum, ut ageres poenitentiam, et in cilicio et cincere voluntate, ut solitudinem peteres, ut viveres in monasterio, et Dei misericordiam lacrimis iugibus imploras.“ Sed et poena loco in monasteria trudebantur. Concil. Agathense canon 50: si episcopus aut presbiter aut diaconus capitale crimen commiscerit, aut chartam falsarit . . . ab officii honore depositus in monasterium retrudatur, vid. Cabassut not. eccl. disserit. 8. Et inter verus fronti maioris ecclesie S. Benedicti castrensis inscriptos sub Abate Rogerio, in Dacherii spicilegio tomo 3. edit. maioris pag. 572, hic exstat, Ut sit supplicii sumpta cœnula loco.

cimur, id est, fide in Iesum Christum donari, et beneficiis, quae ea cetera complectitur, sive efficaci verbi virtute, sive baptismate, sive vitroque remedio eam in rem Deus vtatur. Hanc *μετανοιαν* et Christus docuit, et apostoli omnes, eam experti ipsi, tradiderunt; hanc omnes Christiani seculi I, II, III, quoti quique fuerunt boni, prae se tulerunt <sup>k).</sup> Nemo antea aut ipse intravit, cum fame et siti collectans deique praefentissimi miracula temere promittens et expsectans, aut id aliis suavit; nemo eos qui *μετανοειν* vellent, muro circundedit; nemo eos aeternum filere, facere, vigilare, aegrotare iussit. Deus enim ubique operatur, quae vult; verbum Dei ubique legitur, et auditur, cuius virtus nisi ita mentem occupet, atque impleat, vt omnia impedimenta tollat, diuinas et nouas vires sufficiens; frustra muris contineantur, qui mentis domare ipsi malitiam et imperfectionem omnino non possunt. Sed haec est illa labes, illa pestis, quae tot hominum mentes iam olim insedit, vt partem poenitentiae, *μετανοωσις*, ignobiliorem, si verbo est venia, quae dolore et sensu malorum sive perpetratorum atrocis, sive inherentium nobis, absolvitur, quae eadem repeti non vult atque augeri, hanc partem, inquam, vt pro vera ista *μετανοια* habuerint, hanc vnicet prae se tulerint, huic studuerint per omnem vitam; spiritualis et novae cum fide vitae, quae est ex Deo, et quae ceteram hominis conditionem, quam in societate et republica sustinet, tam non tollit, vt augeat et perficiat, immemores atque inexpertes. Appellamus pleraque omnia superiorum temporum monumenta, poenitentiam tantum aut dolore ob mala peracta interno, aut externo per ieunia et eius generis alia, excitato significatoque, constitutis <sup>l).</sup> Ingentibus et atrocissimis sceleribus factum tandem plane credebatur, suscepitis poenitentiis, quarum multi supersunt indices. Testatur de eadem insana opinione illa noua et in-

audi-

<sup>k)</sup> Facile intelligitur, poenitentiam publicam cum hac christiana *μετανοια* non a nobis commisceri, non, quod ista hanc non patiatur aut excluderet: sed quod ad disciplinam illa magis pertineret, et graviora crimina societati publicae quasi expiatet. *Μετανοια* hic exprimit idem, ac *conversionis*, regeneratio strictior etc.

<sup>l)</sup> Non opus est, vt canones poenitentiales, poenitentialia etc. antiquiorum temporum, longo ordine recenseamus. Legatur vel *Columbanus* abbas libellus *de poenitentiarum mensura taxanda*, tomo XII. bibl. max. patrum p. 21. et *Cumeani* abbatis Scotorihiberni, liber de mensura poenitentiarum, ibid. p. 42, si quis harum rerum ignorans sit. Id maxime dolendum, quasi non sat is peccatorum, quae in deum admittantur, nouum genus eorum magno numero procreatum fuisse, in episcopissimis regulis monachorum; vt si quis ad benedictionem mensae non dixerit Amen, sex percussionibus emulet; vt poenitentia adeo plane pro hominum lubitu, non dolorem, quem Deus excitat in nobis, sed quem mali externi sensus, percusso etc. creavit, significauerit. Scalent talibus feruis nugis regulae et statuta monachorum inde a saeculo VII.

audita vocis *μετανοεῖ* significatio, inter monachos nata, cum supplex inclinatio *metanea<sup>ii</sup>*) dici solebat.

¶ XII. Ut autem ad *Regenerationem monasticam* proprius accedamus, licet duo omnino admonere, unde et denominationis et rei ratio facilius intelligatur.

I. Inuaserat antiquiore iam tempore inde fere a Vto et Vito seculo, opinio: poenitentia, ista ea, quam descripsimus, manca et imperfecta, hominem redire cum deo in gratiam; veniani nancisci peccatorum, et pro poenitentiae studio, feroire et severitate, augeri commercium cum deo eiusque cum homine consuetudinem. Haec autem decora et beneficia, baptismi etiam sunt; quo a peccatis abluiimur, pacem et foedus cum deo inimus, indulgentissimo inde patre usuri. Iam cum baptismo foedus et leges non seruimus, mentis prauitatem sequentes, et dei negligentes; per (veram) *μετανοεῖ*, autem seu poenitentiam, redeamus ad dei conformatiam: poenitentiae et baptismo intercedere ea in re similitudo videbatur. Inde et poenitentiam cum baptismo comparari a quibusdam patribus, legimus<sup>iii</sup>.

II. Monachi semper lugentes et poenitentes crediti fuerunt, licet non omnibus tam severis esse placuerit. Hinc nemo melius<sup>ii</sup>) poenitentiam agere

## C 2

<sup>ii</sup>) Nempe dolentis et supplicantis ille gestus adeo cum poenitentia christiana coniunctus, ut poenitere ex genu saepius slectere, idem fuerit. Ita inter *Peri Cluniacensis statuta n. 53*, frequentibus metaneoī etc. Ita et glōffaria graeca, et latina, *μετανοεῖ*, inclinatio; que aut *μετανοεῖ*, si quis toto corpore, non flexis tamen genibus; aut *μετανοεῖ*, si capite tantum, inclinaretur. *Vnde et Eßmanni tom. I. bibl. orient. p. 447 sermoni 13 inscriptionem fecit, de metaneoī, hoc scilicet de adorationibus eum genu flexione et prostratione.* Vid. pluribus *Goor ad Euchologium*.

<sup>iii</sup>) *Huc et itud Hieronymi celeberrimum pertinet dictum: poenitentiam esse secundum post naufragium tabulam;* prima erat baptismus. Explicit Antonius part. 3 tit. 14 c. 17. §. 2. Oculis videre est posteros pessime abusos fuisse hoc oraculo: qui poenitentiam non iam illam sequerantur, quam deus in SS. praescripsit, sed quam quisque duriorum et acerbiorum inuenient fibi videbatur. Verboſius iam quam poenitentiae in republ. christiana fatis agere non licet, licebit autem tempore alio.

<sup>vii</sup>) In *decretis can. XLV. 7. quaest. i.* praecepit sancta synodus vt qui cunque de pontificali dignitate ad monachorum vitam et poenitentiae descendenter locum cer. Hoc praecepit prudentissime docet doctor angelicus, quem greci inde omnis fecutus est. *Quodlib. IIII. qu. 23*, ad 7. dicendum, quod status religionis, est status poenitentiae. Idem *Quodlib. III. qu. 13.* Maxime vilis est peccatoribus, ut ad religionem transeat. Peccatoribus enim duo sunt necessaria ad salutem; primo vt de peccatis præteritis poenitentiam agant, secundo, vt de cetero a peccatis abstineant. *Ad vitrumque autem horum maxime operatur religio.* Primo enim, status religionis, est status perfectas poenitentiae, ita, quod nulla satisfactio adaequare potest poenitentiae religionis et religiosorum. Quae infra verba etiam in II 2 dae qu. 186. artic. 1. ad 4 occurunt, status religionis est conuenientissimus poenitentiae locus, vid. et artic. 2. respons. et artic. 3. et 5; quaest.

agere videbatur, quam qui monachorum se societati adiungeret; mundum, feculunque relinqueret, impedimentis simul cunctis liberandus; ut haud nihil ambigere possis, maior ne laudum pars ad ipsa illa moenia et claustra, quae et iuitios continebant, a que insidiis omnibus defenserent, an ad firmiter inclusos et coercitos ciues pertineat.

S XIII. Nempe nouum hic animaduertere licet vitium opinionis, sed quod tantum ideo locum habuit, quia SS. prae tot exercitis et regulis feruandis neglecta fuit: id esse *seculum*, *mundum relinquare*, quod est sollempne his seculis carmen, et antiquissimum <sup>1)</sup>, si quis reliquis sine bene, sive male a se in republica gestis, parentibus, amicis, claustrum ingredere tur; non solum et ipsum in mundo positum, ab incolis mundi exstratum, profusa diuitiarum in superbas moles maxima copia: sed etiam pleniusque in regione prouinciae optima, <sup>2)</sup> amoenissima. Tam facile antra et speluncae priscorum relinquebantur! Hoc aedificium, palatium dicere posses, cuius in late patentes campos, villas, et homines multos erat imperium, intrabat, qui seculum <sup>2)</sup> relinquebat; hoc suo patrimonio augebat, ne ipse aliquid haberet. Quod, etsi per iocum magis et lusum, quam vere dictum esse videri potest, cum ad id multi principum filii seculum hac ra-

tione  
187. 188. 189. Ex Thoma eadem Antoninus, aliquie, tamquam preiosa summae rei documenta repertunt.

•) Ista oratio enim satis et in se speciosa, et ex N. T. Christique adeo verbis defunta est: videri posset; nec tamen his tantum catholicis, sed haereticis adeo vistata, et meliori adeo sensu. Legatur Tertullianus de Resurrec. c. 19, qui tradit, fuisse, qui de *seculo exire* (quod mortuorum sit habitaculum) resurrectionem christianam esse docuerint, negata illa futura.

p) De fastu et superbia aedificiorum, sufficiat vnu Bernhardus, qui in apologia ad Guilelmum vehementer vanitatem istam exagitat. De amoenitate locorum oculi consuluntur; et vetusta monumenta: ea inter vid. chronicon monasterii S. Bartholomaei de Carpineto, tom. 6. *italiae sacrae*, edit. romanae pag. 1237. vid. et acta SS. ord. Bened. inde a tomo 2; c. g. tomo 3. parte 1, pag. 94, descriptio *Magnilociensis* monasterii.

q) Neque vero nos demum, et Lutheri amici, hoc adiunquimus. Tulit etiam vestita aetas viros graues et prudentes, qui sicutum fieri aegre ferrent. Acerbior fane est sententia, et iustissima, quam ex Capitulo anni DCCCXI, in Baiuzi edit. tomo II, pag. 479, n. 5, hic exscribimus. *Inquirendum eriam, si ille seculum dimissum habeat, quis cotidie possessiones suas augere quolibet modo, qualibet arte, non cessat; suadendo de cœlestis regni beatitudine, comminando de aeterno supplicio inferni, et sub nomine dei, aut euangelii sancti, tam diuitem, quam pauperem, qui simplicioris naturæ sunt, - si rebus suis expoliant, et legitimos heredes eorum exheredant et. illustre atque auro contra carum veritatis testimonium, antiquissimum praeterea, et grauissimum; cuius similia vix extant, si tempora compararentur, inter Lutheri querelas. Dignum vero est id tonum capitulare, quod memoria tenetur; et videntur hic ibi hodieque in sententiis eamdem ire terrarum domini, qui diu iussæ poterant. Ipse certe Bernhardus, qui id non videtur imitari voluntate iuitios multo adhuc atrociora de monachis suo tempore scribit, et rem acu tangit, in *Apologia ad abbatem Guilielmum*.*

tione reliquerint, in seculo aliter minus<sup>7)</sup> ex principis imagine habituri: tamen illud est longe tristissimum, hac religionis umbra tot homines decipi potuisse, vi nihil amplius τε αὐτος τετρα in se ipsi habere et secum ferre arbitrii sint, si in monasterio viverent; licet centies susceptae vitae poenituerit, ob plurima taediorum plena seruitia sive exercitia; adeo etiam summis animi motibus, indignatione, desiderio eorum, ad quae assueuerant olim, perturbati, tamen denun multo melius, quam piissimi episcopi, principes, milites, serui, rustici, colere videbantur.

§. XIV. Iam facile est intellectu, vnde *regeneratio monastica* nomen accepert. Poenitentia ista idem credebatur praeflare, ac baptismus; baptismus dicitur, *regeneratio*, et laicorum regenerationis: ergo poenitentia, etiam *regeneratio* dicta; et quia illa optime in monasterio succedere videbatur, monachilem habitum sumere, et *regenerari*, idem tandem haberi<sup>8)</sup> coepit. Eius rei historiam quasi, sed primis lineis tantum, tradimus, pluribus variorum scriptorum testimonio munitam. Ex antiquioribus *Hieronymum* ducem, sed longe deterioris ipso gregis, proferimus, qui in epistola ad *Paulam*, de obitu *Blesillae*, his verbis usus est<sup>9)</sup>. „Nunc vero,

C 3 „cum

7) Quod sine infamia atque iniuria dicum volumus. Jure sane suo id faciebant, quorum maiores tantum de terris et bonis ad monasteria contulerant, vt postea ipsorum parum, certe minus, refaret, qui ita optimo iure sua administratum ire poterant. Sed et satis confit, homines de plebe, qui in seculo nihil haberent, nihil adeo relinquere poterant, ideo in monasteria iuuisse, vt id abunde et certo haberent, quo ad pacatam vitam opus esset. *Hieronymus* iam ita queflus est, ad *Dameriad*, de serv, virgin, *solent* miseri parentes - - deformes et aliquo membro debiles filias, quia dignum generum non inveniunt, virginitati tradere. Et *anonymus* monet: de canendo ingenio quorundam hominum secularium, qui non magnopere curantes de alio, quam de haec sola temporali vita, postquam domum haberint, vt ita dicam, plenam filiorum aut filiarum, aut, si quis corundem elaudus, - - hunc quidem impensissimo voto, vt monachus fiat, offerunt. ap. *Galizium* tom 2 pag. 1298. Vnde apparet, monachos ipsos, semper ditiones maluisse, qui doctem afferrent; aliter non querendum erat, tales monachos fieri; quia ad sanctitatem, poenitentiam, quae in claustris perpetua esse credebatur, nihil interest, claudos, pauperesque, ut fortes et dilecti monachos nanciferentur. Perfectissimum autem poenitentiae genus oportet habitum hoc sit, ad quod et fraus et ingenium adeo viam faceret.

8) Ita arbitramur, clarissimam esse et rei et nominis originem. S. R. *Heumannus* in disserat. theol. morali de *voto*, quae exstat in *Sylloge disser.* tom. I parte II. n. 9. §. 4. (n) videtur aliunde originem derivare: *Voti baptismalis* appellatio occasum praebevit monachis votum suum monasticum baptismō par habendi. Sed, vt examine nobis faret, facile hanc sententiam nostram et ipse patinetur. Antiquior est honos comparatae religionis ad baptismum, quam *Petri Lombardi* *votum baptismale*: eo nomine autem si summatis intelligatur, quod baptismi honorem et ceremonias sere imitati sunt monachi antiquiores, a nobis non disserit.

9) Observauit illud diligentissimus patrum lector *Chennitus* in exam. concil. trid. sess. 8. Huc respicere videtur *Bernhardus* in libro de pracepto et dispensatione:

Sed

„cum proprio Christo ante quatuor ferme menses secundo quodammodo proposito se baptismi lauerit, et ita deinceps vixerit, ut calcato mundo semper monasterium cogitarit etc.“<sup>2)</sup> Observauit iam B. *Chemnitius*, posteriores hoc laudandi genere, quod *Hieronymus*, qui rhetorici solet, per quodammodo, minus esse concinnum ipse fatetur, eximie abusos fuisse; retulit eundem locum Hieronymi *Bellarmino*, cum comparationem baptismi, quam nostri tam severa in posterioribus monachis reprehendunt, defendere studeat<sup>3)</sup>. Satis autem notum est *Hieronymi* ingenium, et virginum monachorumque studiosus amor; *Blesilla* proposuerat tantum monasterium intrare; tamen hoc propositum comparat cum baptismo; lauisse eam se hoc propositi baptismo dicit: quasi immunda et sine mercavox moritura, nisi hoc consilium cepisset.

Istam et viii Patrum<sup>4)</sup>, (libro, qui plus damni intulit christiana ecclesiae, quam utilitas vim quam adferat vel diligentissimis mille lectoribus, incundi certe et laudabile et commodi parum habet) sententiam, iam ex *Theologiae* recitatione intelleximus. Sed talia vel ideo colligere nolumus, quia praecipue de monachis sequioribus agimus; cum quibus antiquiores tam ob minora vita, quam ob ceteram vitae diuersae rationem, recte comparari non possunt. Non ignoramus, *Bellarminum* monachos omnis aetatis misere, et, si qua bona de veterioribus dicta inuenit, monachis summatim cunctis temporum omnium tribui velle. Fatetur certe *Antoninus*<sup>5)</sup>, monachos fratres dici, quia ab uno patre religionis suae institutore, puta *Benedicto*, *Dominico*, habent originem. Horum ergo praecipue colligemus vitae huius laudes, inde a seculo VIImo. Atque fatis constat *Benedicti* ordinem eximie et incredibilis fecisse progressus; monasteria autem celeberrima *Corbeias*, *Fuldam*, et *Cluniacum*, praeteritis aliis, fuisse; quorum primi incolae posterioribus vel ideo meliores fuisse non videntur, licet expressa encomia huius generis nondum inuenierimus, quod *remedii* um  
Sed et quomodo in baptismo eruimus de potestate tenebrarum, ita et in sancti huius secunda quadam regeneratione propositi de tenebris aequa non unius originalis, sed multorum actualium delictorum in lumen virtutum euadimus. Qui locus et omnem hanc rem simul illustrare potest.

4) *Bellarmino* in disputatione, de controversia christiana fidei edit. Ingolstadt. 1586. pag. 1570.

5) Falso *Hieronymo* tribui olim solebat is liber. vid. *Risatum critico sacro* cap. 8. libro 4. et *Corvin*; qui Romanorum confitentur ostendunt.

6) In Summa, parte III. fol. CCLXXV. Sic et *Godofredus vindic*. I. statim excitando *Benedicto* primo hoc boni tribuit.

um animarum \*) credi id passi sunt, si quis agros suos monachis offerret, quorum virtus etiam parentibus diu ante mortuis profit. Inde autem a seculo

- z) Non ignoratur *Baluzii* sententia, qui ad *capitularia* tom. II. p. 929 fatetur, non probari opinionem *Falceti*, antiquit. lib. 5. c. 10; non ante tempora *Dagoberti* pro animae remedie bona oblatâ fuisse. Inde a seculo VIII eius generis donatio-nes magno numero superfunt, vid. Job. *Vadiani* liber 2 de collegiis monasteriis que germaniae; *Dacherius*; *Mareni* collect amplius *Mirae* opera diplomat. histor. Illustris *Gudenii* collectiones, Scharenii traditionum *Fuldeni*, alii. Atque quis dubitet, peccatorum remissionem certo ita speratam et fanebitam fuisse, paucissima documenta excerptus; *Mirae* tomo II, pag. 1144. Ego *Baldinus* pro peccatorum meorum remissione offero huic coenobio etc. Et *Anselmu* superad-dit: ad hanc (donata) ego *Anselmus* gaudio magno gaudens gratias debitas egî dilecto Mili. (donatori), illaque vitam eternam promisi, et idem astantes promi-serunt. Ibid. pag. 1164, *Godefridus* dux lothar, in remissionem peccatorum omnium meorum, et ad salutem patris mei et ceteri pag. 1178. Episcopus *Leodiensis* haec docet: qui saniores consili sunt, studient ad aeternam anhelare et de temporalibus bo-nis premium redēmitionis animae suae sibi curant præparare. Plane ut in *capitulari Baluzii* pag. 529, n. 3, res ecclesiæ, vota (i.e. dona) fidelium, dicuntur pre-tia peccatorum. Tomo I autem *Mirae*, pag. 9, anno 12 Childerici cogitans de dei timore, seu abluendis peccatis meis. Ipse S. *Willibordus*, *Apostolus*, p. 11 cogitans casum humanae fragilitatis, qualiter peccata mea possim ablue pag. 43, vt per hoc redēmitionis nostrorum peccatum inuenire possimus pag. 174, *Godefridus* dux lothar. intelligens ab ecclesiis doctoribus omnium hominum salutem in eleemosynarum largitione plurimum confiare. *Trad. Fuld.* num. 76, pro aeterna peccatorum indulgentia; n. 4, et fere centies, pro immensi peccatis et debitis offero, et similia multa, omnia a seculo VIII. Praeter ista, *Cumeani*, abbatis *Scotobi-herni*, liber de mensura poenitentiarum, sec. VII. scriptus, docet, remissionem peccatorum, post baptismum, (non ex redēmitione Iesu Christi,) sed undevis aliis remedis parari; charitate; eleemosynis; effusione lacrimarum; confessione; af-fectione corporis; abrenuntiatione vitiorum; intercessione sanctorum (vien-tuum); misericordia; conuerxione aliorum; indulgentia erga alios; martyrio. Omnia ex canone et SS. dicis deriuari; sed pessimum agit interpretem. Illa fere eadem repetit *Eligius*, Nouiomensis episcop. sec. VII. scriptor, homilia IIII bibl. patrum max. tom. 12. p. 306. „Non tantum supplici, illo poenitentiae nomine falus aeterna reprobuitur, sed etiam sit ab soluto peccatorum per caritatis affe-crum, eleemosynarum fructum, profusionem lacrimarum, confessionem, affi-ctionem etc. quae ad verba adeo conueniunt; addit, quibus omnibus modis aboleri posse peccata, diuina testis est scriptura. Poenitentiam autem similiter hic non pro *metavox*, mentis viri conuersione, sed de viri virtute conuersione, sed de impositis externis ope-ribus, intelligi: patet, ex homil. VI, ubi dicit, multos, (qui poenitentiam dif-ferant,) neruorum contracōrionis ita percussos esse, vt non solun poenitentiam per-tere (more ecclesiæ), sed etiam signare se (*crux*) et orationem dominicam di-cere non posint; quo in statu adeo negar poenitentiam contingere, quod de ue-trorum vera falsum est. Apparet inde, cur fide in omnibus donationum docu-mentis fragilitatis humanae fiat mentio; vt in omnem eventum peccatorum remis-sionem partam et paratam habeant, quoconque, etiam inopinato, casu, subito moriantur. Ita clare *Marcufsi* libro II cap. 2, priusquam subitanea transpositio eueniait, oportet pro salute animæ vigilare, vt non inueniat quemquam impa-rum, et sine aliquo respectu discedat a seculo. Hic ipse *Marcufsi* liber potest de opinionibus seculi VII et sequentis, quo subinde formulae novae natae sunt, testimoniū perhibere. Addantur et, que post proferentur istorum temporum documenta.

a seculo XI, et XII erupisse omnis monastica insania videtur, ut ex his luculentis constare potest testimoniis; quorum graeca, praecedent, quia sub oriente sole coepisse et inde in nostrum orbem illata esse recte dici potest, ista monachorum vita.

*i. Simeon, iunior, theologus, Presbyt. Constantinop. quem seculo XI scripsisse volunt, haec his verbis prouertiat, ex versione latina: <sup>a)</sup> quod si item altero baptismo per habitum angelicum (i. e. monasticum) accepto, quid acciperent non intellexerunt, diuinam et omnipotentem sancti spiritus uirtutem non participant, gratia ea similiter auolante, vt quea per baptismum aquae collata est, et propter stuporem adhuc ad malum <sup>b)</sup> proni sunt, vt prius: inanis est eorum fides, vanumque secundum quoque baptisma, cum sensus expertibus et mortuis sacra indumenta sint imposita. <sup>c)</sup> Idem alibi: <sup>d)</sup> per SS. baptismata peccatorum remissionem accipimus, et <sup>e)</sup> a veteri maledicto liberamur, aduentuque Spiritus Sancti sanctificamur. <sup>f)</sup> Perfectam autem gratiam, iuxta illud, inambulabo et inhabitabo eis, non <sup>g)</sup> tunc adipiscimur; <sup>h)</sup> per poenitentiam porro, per confessionem et lacrymas (i. e. ἀρχην monasticam) pro portione veniam priorum delictorum <sup>i)</sup> impetramus, et ita demum sanctificationem cum caelesti gratia recipimus. <sup>j)</sup> Idem ille: <sup>k)</sup> Si omnium peccatorum tuorum veniam, sive per confessionem, sive per angelicum habitum, quem induisti, consecutus es, etc. Graeca inscriptio Sermonis <sup>l)</sup> cuiusdam huius auctoris: το ἀγιον βαπτισμα η ἀκιντες, η δυσκαντες προς το κανον διατιθησον ωπερει και το δευτερον βαπτισμα, το δια τε θειον και ἀγγελιον σχημαστος; addit Pontanus, h. e. in ingressu in religiosum seu monasticum ordinem, si quis forte hoc ignoret.*

*Leonem Allatum Danhauerus <sup>m)</sup> iam excitauit, haec de graecorum superstitione scribentem.*

, Et

<sup>a)</sup> In bibliob. max. patrum tomo XXII. pag. 631. orat. 2. Nec graeci tantum ita loquuntur. Vita S. Pauli ep. Verodunensis, tomo 2 Mabillonii pag. 271, angelicum monachici habitus schema induit;

<sup>b)</sup> Nempe vestis monachorum, armatura dei; vt in vita S. Botulfi tom. 3. part. I. actio. SS. ord. Bened. dicitur: exuunt habitum mundi, induant armaturam dei, parati resistere impugnationibus diaboli. Fortiores ergo reddendi per cucullam. Atque clare in vita S. Medericu, loco cit. pag. 11. n. 6, abbas iste monachum a libidine liberat, quem iussit suam, abbatis, cucullam induere: *qua indura, illico daemon fugiendo delituit etc.* Sic fine Tomi Iini eorundem auctorum, inter miseras S. Martini, narratur, daemones, qui apostolam monachum vexabant, cucullu in eius lectum posita, statim aufugisse.

<sup>c)</sup> Tomo cod. in capite moral num. CLXXI,

<sup>d)</sup> Tomo cod. ibidein num. CCIV. p. 745.

<sup>e)</sup> Tomo cod. p. 630. nota Pontani.

<sup>f)</sup> In dissertat. de ecclesia graecanica hodierna, edit. Misericri pag. 1723.

„Et ut magis ac magis diuino lauaco eum exaequarent, quasi in  
„noua regeneratione nomina etiam mutabant; nonnullorum quoque cre-  
„dulitas eo deuenerat, vt eo habitu, non sibi tantum, sed demortuis etiam  
„et condemnatis peccatorum veniam impetrari posse, aliis persuadere cona-  
„ti sint &). Missis graecis, ad Romanos venianus, quibus haec opera ma-  
xime destinata est.

ii. Haec *Godefridus*<sup>b)</sup>, vindocin, abbas sec. XIII, clarissima verba  
pro conceione fecit. „Gloriosus enim iste sanctus, nostrae secundae rege-  
„nerationis inuentor, (videtur Godefr. non ex Hieronymi rhetoricatione  
„hoc didicisse) pariter exstitit, et scriptor. *Monastica*, inquam, *religio*,  
„quam ipse instituit, *secunda regeneratio iure nominatur*, et etiam ponti-  
„ficali confirmationi<sup>i)</sup> non immerito comparatur. Huius namque vitae  
„obseruatione, et praeterita peccata, sicut in baptismate, delentur, et  
„contra futura, velut in confirmatione, christianus munitur. *Hac beata*  
„vita, qui prius in seculari conuersatione peccando mortui fuerant, *vivifi-  
„cantur*, et hac postea, dum correctione distracta peccandi licentia mori-  
„tur, optime munitur anima christiana, cui solummodo *facultas bene ope-  
„randi*, relinquitur.

## III. Guar-

g) *Allatum*, mirum est, talia scribere, licuisse. Ea enim *Allatus* hic rideat, quae  
ecclesia romana olim studiosissime et fusiſt et libenter passa est. Quis enim igno-  
rat, qui rerum nostri orbis non est omnino ignarus, principum pariter et priuato-  
rum hoc fuisse *satisfactissimum* beatae mortis praefidium, *fondidissimam* monachi  
cucullam induere? Horum vehicula iter brevius in coelum sperbatur. Huic infas-  
niae, (humilitatem enim esse, non patimur) opponi debebat, illud ex narratione  
de monasterio S. *Vincentii*, tomo 6, italiac sacrae, pag. 469, *num dixit Celsus*,  
beati, quis sunt in cappa? Eo autem malitia faepe ventum fuit, vt vel iniuris  
cucullus obtruderetur. *Papa* adeo ipse *Alexander* 3, tefaturo de maleficio isto, in  
epistola 81, ad *Henricum Aep. Rhem.* volum. II collect. ampliss. *Martenni*, p. 710:  
*Parrochianus* tuus nobis adseritur, quod cum infirmitate grauerit laboraret, *abbas*  
et frater S. *Remigii* (non vnius est crimen) absque vxoris sua licentia, *monasti-  
cum in hunc habitum*, et virginis libras, quas apud se habebat, sibi tradere, per-  
suaserunt etc. nee reddiderunt hanc, quo coelum emeret, si paterneret, rapinam,  
sed capitulum iuramento adigere voluerunt, ne proferoret. *Alexander* id qui-  
dem, sed rem et cucullae virtutem etiam debebat, improbat. Vid. pluribus  
de *monachis ad succurrendum*, *Mabillonii* praefatio ad Acta SS. Bened. tom. 3.  
partis I. n. 21, quos describit, qui urgente mortis periculo monasterii insignia  
poenitentiae publicae expetebant, eoque *pacta salvi* *juue* opime consultum ac suc-  
cursum iri, perfusum habebant. Cur autem hodie nemo haec coeli vehicula  
desiderat? *Lutheri* principes et priuatos ab ita peste liberavit; quae, quam late  
patuerit, non opus est exemplis regum principumque demonstrare.

b) Tomo XXI bibl. patr. max. sermone X<sup>t</sup> in festinante sancti Benedicti, pag. 83.  
t) Parum abest, qui arbitremur, ipsos Abbates operam omnem dedisse, vt sacra-  
menti in locum religionis monasticae ratio referretur, vt et ipsi de sacramento  
eximio, quippe quod baptismus alter sit, gloriari possent; cum ceterorum admini-  
stratio fere ad episcopos tantum pertinet.

III. *Guarricus*<sup>k)</sup>, abbas Ignac. Bernhardi discipulus: „ad hoc profecto, fratres mei, quos carnalis generatio vel consuetudo secularis planstauerat in terra inaquosa, *divina generatio*, vel mutatio<sup>l)</sup> dexteræ exscelsi transplantauit, super aquas refectionis, ut - - nunc plantati in domino domini in atriis domus nostri floreatis.,,

III. *Petri cellensis*,<sup>m)</sup> caput 5 de disciplina claustralî ita inscribitur: „quod per disciplinam claustralem prima reparetur transgressio. Idem ipse cap. 7. Homo autem - - propter culpam de claustro paradisi eiectus, - - tempore accepto - in fine seculorum propagata *sancctorum*<sup>n)</sup> via, in Iesu et cum Iesu ad claustrum rediit, et regulari disciplinae subiectus, non solum veniam, sed et prima fiam, imo ampliorem gloriam, recipit.,, Et Cap. 20, non autem debet esse crassa et supina confessio claustralium, sicut secularium hominum. Confessio (monachis visitata) est aqua non turbida, sed clara et munda, purificans tamquam secunda baptismatis regeneratione illos, qui non custodierunt vestimenta sua.

v. *Odo*, Cluniac.<sup>o)</sup> abbas, et certe, sicut in libro geronticon, dicitur, *eadem datur gratia in monachico habitu*, quae et in albis baptismi.

vi. *Petrus*<sup>p)</sup>, cluniac. *Mattheaus*, (monachus quidam) voto et petitione propria exiuit veteri homine, induitur novo, regulæ monasticae subditur.

*Petrus*, Blesensis, sermone 62: ex quo semel induit monachus nouum hominem, nulla supersse debent vestigia vetustatis.

Nico-

k) Tomo XXIII bibl. patr. sermone in Benedictum, p. 203.

l) Est fere follennis monasteria in rantum aur beneficium augmentum, formula; inter plures alias infelicissime ex SS. detorta. Ita in *Ru bardi* fundat, quasi secunda monast disibodenberg anno 1108, accedit ad hanc mutationem dextra excelsi cet. in illustris *Guduni* codice diplom. p. 37. n. 18. *Tradit. fuldensis* Schannati, num. 651: postquam autem mutatione dexteræ excelsi mundum relinquere et ad Christum configere dispositus etc. anno 1153.

m) Tomo XXIII bibl. patr. max exstat etiam in *Dacherii* Spicilegio tomo I editionis maioris pag. 454 seq.

n) Sancta, sancrorum via, εξογεια religio monastica; ita superiorius legimus *Guarrium* etiam apostolasse

o) Tomo XVII bibl. patr. libro II collationum n. 7 pag. 284. Abbas Cluniac. II anno 927 factus, qui haud dubie praecceptoris sui, *Beronis*, abb. Imi, fententiam, imo totius fere tum orbis πονηρων laborantis, fidelis interpres exprimit.

p) Lib. de miraculis, c. 7. Simillime *Simon*, saepius excitatus, oratione XXV, pag. 672, scire igitur licet, qui iam terrenum hominem - - exiuit, caelestisque cum habitu monastrio induit, nocte media surgere, etc. Moderatior hic Thomas 22d. q. 186 artic. 7. ad 2. determinatio habitus, pertinet ad omnia tria vota, tamquam signum obligationis. Non vehiculum noui hominis facit.

*Nicolaus*<sup>9)</sup>, notarius Bernhardi: osium eius, (scriptorioli) aperitur in cellam nouitiorum, qui - - - nouum hominem in nouitate vitae parturunt. Idem epistola 36: nouiti plorantes, qui nuper sunt a mortuis resuscitati.

vii. *Lupus*,<sup>10)</sup> sec. IX. „nullus intra sanctam ecclesiam ordo est, vbi certius promereri deum fidelis anima possit, quam si monasticae disciplinae studeat propositum seruare integrum..”

*Petrum*, Blesensem, reducimus<sup>11)</sup> „aliud martyrii genus induxit noster Iesu. Otiositas enim est inimica animae. Fundata sunt coenobia, tuba spiri sancti intonante per orbem, ecce quam bonum est fratres habitare in unum. - - - Verum tamen, quod post martyres introduximus coenobitarum martyrium, diuturnius est intelligendum.” Idem sermone 8: grauius est illud, quod sustines martyrium in claustro, quam illud sit, quod fit in gladio.

viii. *Bernhardi* infeliores quasdam sententias hoc seruauimus, quem *Chemnitius*<sup>12)</sup> emolliendis graue dictis studuisse obseruauit: nos autem imprudentem atque inconstarem fere hominem et reip. christiana non vtilissimum, existimamus, qui monachorum superbiam non parum auxerit. Is enim, vt *Bellarminus*<sup>13)</sup> in rem suam notauit, sermone 30 in Cantica, laborem monasticum martyrii genus esse dicit. Addit Cardinalis: nemo autem ignorat martyrium genus esse baptifimi. Et fatemur, *Petrum Blesensem* ideo videri martyres fecisse monachos, qui nouo baptismo, fine aqua et sanguine, mundarentur. Idem *Bernhardus* in libro de paecepto et dispensatione, non procul a fine, (*Bellarminus* etiam excitauit), audire vultis a me, vnde inter cetera poenitentiae instituta, monasterialis disciplina meruerit hanc praerogatiuam, vt secundum baptisma nuncupetur; arbitrio ob perfectam mundi abrenuntiationem, ac singularem excellentiam vitae spiritualis, qua praeeminens uniuersis virtutibus humanae generibus, huiusmodi conueratio professores et amatores suos Angelis similes dissimiles hominibus facit. Imo diuinam in homine reformat imaginem, configurans nos Christo<sup>14)</sup> instar baptismi; et quasi denique secundo baptizamur,

D 2

zamur,

9) Bibl patr. max. tomo XXI. epist. 35. p. 535.

10) Tomo XV bibl. patr.

11) Sermone 4 tomo XXIV. p. 1392. Hoc martyrium iam antiquitus creditum fuit. Auctor vitae S. Virgilius arelat. nam ipse se procul dubio martyrem et cruciatu fecit et merito. Hunc auctorem seculi 8 initio scripsisse volunt. Imo auctor dialogorum, qui *Gregori M* dicuntur, idem fentit.

12) Examine concil. Trid. Sess. 8.

13) In controversiis pag. 1570.

14) Eiusdem atrocitatis est, quod *Thomas* 3 ria parte summae, quaest. 46. artic. II. respons. *Bedas* dictum excitat, religiosos, qui quaelibet arctioris disciplinae instituta subeunt, crucifixos cum Christo esse.

zamur, dum per id, quod mortificamus membra nostra, quae sunt super terram, Christum induimus. Addimus nos ex sermone de duplice baptismo <sup>y)</sup>: Itaque fratres mei, rebaptizari nos conuenit; secundum foedus inire necesse est. Opus est est professione secunda, nec iam sufficit abrenuntiare diabolo et operibus eius: mundo pariter abrenuntiantur est, et propriae voluntati, (haec est formula monachorum recipiendorum). In priori baptismate, quoniam nihil nobis adhuc nocuerat voluntas nostra, satis fuerat abrenuntiare diabolo - - - Ceterum postquam mundi fallentis illecebras <sup>x)</sup> et infidelitatem propriae voluntatis manifesto sumus experti: de cetero iam in secundo, ut ita dixerimus, conversionis nostrae baptismate merito prorsus - - - ipfis quoque affectibus pariter renuntiamus. Oculis videre licet, Bernhardum de religione monastica loqui; mirari autem satis non possis, tantum doctorem, qui cetera pietatis christianae non plane expers videtur, tam grande discrimen facere inter diabolum eiusque opera, et inter nostram a Deo nondum renatorum voluntatem: ut flatuat, diabolo renuntiari posse, non simul autem propriae voluntati. Infelices sane tenebras, in quibus doctores adeo boni versabantur.

ix. Petrus Delphinus <sup>a)</sup> epistola 99: Fratrem Lucam nudius tertius ad professionem admisimus, in die videlicet S. Lucae; cum eodem die natus sit olim, et modo renatus.

x. Tandem agmen dirorum verborum claudat Antoninus Florentinus <sup>b)</sup> vbi nouem utilitates ad commendandam religionem post Bernhardum commemorat, septimum bonum hoc facit, quia in ea purgantur homines citius. Hic excitat Thomae istam sententiam, quam supra legimus, et addit, non tam de suo, quam ex communis temporis opinione, per ingressum religionis haberi remissionem peccatorum omnium, quoad culpam et poenam; quod Bellarmino opponendum est. Bonum autem octauum est atrocissimum, de fiducia magna in morte ex recordatione multorum bonorum, quae religiosus fecit; vbi repetit illam lepidam Anselmi ex libro

<sup>y)</sup> Fol. LXXXIX edit. lugd. 1515.

<sup>z)</sup> Solus Bernhardus tam acutus et argutus est, vt obliuiscatur, sollemnam formulam, etiam pompam diaboli complecti. Vnde haud paucis melius legimus in statutis synodalibus. Moguntiae 847 habitis, vt extant in diligentissimi nobilis Falkensteinii codice diplomi, nordgauensis secl II pag. 48 c 3, pompas vero eiusdem sunt superbia, iactantia, clario, vana gloria, fastus et alias quam plurima, quae ex his oriri videntur. Pudeat, tantum doctorem antiquiores deseruisse, vi noua et inaudita dixisse videatur.

<sup>a)</sup> In collectione amplissima Martenii vol. 3. pag. 1049 scripta est anno 1478, vnde constat de traditione perpetua in monasteriis, etiam fact. XVI.

<sup>b)</sup> Summa parte 3 titul. XVI. c. 10 de commendatione religionis.

libro de simil. fine, fabellam, quibus imperita plebs tutissime fidebat.  
 „Monachus quidam ad extrema veniens, terribiliter a diabolo tentatus  
 „fuit de desperatione . . . Secundo diabolus memorabat peccata com-  
 „missa post baptismum. Et cum infirmus nesciret quid diceret, et quasi  
 „desiceret de Dei misericordia, Michael angelus respondit, *quod omnia*  
*, fuerunt dimissa per professionem religionis etc.* „ Hic professio multo  
 maior virtute pollet, quam infinita per lesum Christum sancta nobis mi-  
 sericordia; quam plane tandem obliiti sunt, p[ro]ae meritorum humanorum  
 commendatione.

s. XVI. Obseruamus praeterea, facili negotio intelligi, monachos  
 baptismum studiose imitatos fuisse, in externis adeo multis ceremoniis,  
 postquam semel cum baptismo comparata, licet obiter quasi, fuit mona-  
 stica religio. Atque non obscure sacramenti loco a quibusdam habitum  
 esse, si monachus primum vestimenta illa sacra indueretur, et antea  
 num. III. V. VI. vidimus, vbi *Godofredus vindic.* non solum baptismo,  
 sed etiam confirmationi comparati suscepimus religionem; et ex modo no-  
 uitium suscipiendi <sup>c)</sup> colligi potest; qui certe ita comparatus erat, ut ita  
 recens induitus non potuerit non arbitrari, cum sacris his vestibus externis,  
 internam munditiem ipsi simul accedere. Certe, nisi numerus septem  
 sacramentorum, tam saepe occurrente septenario numero, tam in SS.  
 quam extra eam, sanctius quasi fuisset: octauum hand dubie romana ec-  
 clesia addidisset, religionem. Inter alia autem, quae tamquam similitudi-  
 nis partes *as* ē *taqədə* tantum, obseruauimus, haec sunt. I. Baptismi ea est  
 utilitas, ut sine damno carere illo nemo homo possit. Idem de religione  
 fere fuit iudicium, *quod ex sequentibus patebit* <sup>d)</sup>. II. Baptismus infantis  
 aliena aliorum fide prodesse creditus et olim <sup>e)</sup> fuit et hodie est. Re-  
 ligio suscepta non minus ad alios profuit, quorum loco <sup>f)</sup> monachi bo-

D 3

nis

e) Luculenter ille patet vel ex decretis diui *Lanfranci*, quae eius esse dicuntur,  
 pro ordine S. *Benedicti*, c. 17, leguntur tomo XVI libri. patrum max „Colle-  
 „cta dicta, surgat nouitius, et spargat super eum abbas aquam benedictam, eo-  
 „que stante benedicatur *cuculla* et adspergatur aqua benedicta. Qua benedicta acce-  
 „dat nouitius ad abbatem, et flexis genibus stet ante eum; quem tunica exuens  
 „abbas dicat, exuat te dominus veterem hominem cum attibus suis. Et induens  
 „eum cucullam, subiungat, induat te dominus nouum hominem, qui secundum  
 „Deum creatus est.

d) Compararent etiam, quae supra *Thomae Aquin.* oracula recitavimus. Idem non  
 parum confirmatur iis, quae statim recenserentur.

e) Homilia anonymi, quam excitauit *Baluzius* ad *Capitulo franc.* p. 1178 ex vetu-  
 stillissimo codice: parvuli, qui nondum sciunt loqui, fide illorum, qui eos susci-  
 piunt de sacro fonte, merentur remissionem peccatorum accipere. Romanae ecclae-  
 sie eundem esse ho dicique errorem, fatis constat.

f) Patebit id inferius; in communionem et partem bonorum operum praemiorum-  
 que

nis operibus studebant, quae pro mensura largitionum, pro agris, decimis, villis, pecude etc. lubenter et satis christiane impertiebant aliis. Callide tamen egerunt; cum baptismus gratis <sup>a)</sup> conferendus esset, statuentibus ita multis legibus; et *Benedictus* adeo aliquie idem cauissent <sup>b)</sup>, vt ne pro susceptione monachi praemium quereretur: satis tempestue <sup>c)</sup> aliter statuerunt, ne gratis tanta beneficia bonorum operum aliis conferrent; *Paulum* appellantes (quem rarissime soleant), *si vobis spiritualia seminamus*, dignum est, vt carnalia vestra metamus. Neque enim videbatur satis prospectum ipsis esse isto canone, *simonia pro receptione in monasteriis* <sup>d)</sup> probita; dos autem parentum, aut quod affert nouitius, manet ecclesiae. III. Antiquitus fieri solebat, vt baptizati in singulare libro con-

que pro parata pecunia et legatis pinguiibus, omnibus venire licebat. Clarissima multa exstant diplomata, quae fatentur: quia homines in rebus ciuilibus occipi-  
tati (ad quas gerendas tamen a Deo vocati sunt,) non satius operam dare ipsi Deo possint: ideo sanctorum communione han adiri. *Phitippus* rex francorum in-  
diplom. anni 1036 tomo I. *Mirai* opp. hist. pag. 59: restat ergo, ut quod per nos  
obtinere non possumus, eorum iuuamine, qui diuino cultu fuit mancipati, orationibus et beneficiis adipiscamur. *Baldinus* com. Flandr. anno 1116 tomo II.  
pag. 153: nobis plus alius in hoc mundo occupatis magis necessaria esse reputans,  
sanctorum patrocinia, optimum duxi non solum largitione eorundem san-  
ctorum Dei exteriora augeri bona etc. intelligit monachos S. Amandi, Elnonensis. *Gandulfus* episcopus Regiensis anno 1073 tomo V, *Vghellii* pag. 1593 edit. *Imae*,  
ita conuerſandum, vt a dextris districti iudicis colcemur; sed secularibus  
irretitos curis, id (cum) nos humana fragilitas impedit, congruum et vtile no-  
bis visum est, - - quatenus quod nostris meritis insufficiunt, eorum auxilio  
gratia Dei conseguamur.

<sup>g</sup>) vid. praeter concilia, *Baluzii* formulae antiquae p. 625 tom. 2. n. 3. et *Alexandri* 3. epist. 266 vol. 2. coll. ampliss. p. 842. Idem de chrisma et oleo valet. *Eignius ad Marculfum* p. 871.

b) Capitulare anni 789 secundum, tomo I. p. 243. n. 15. et capit. francof. anni 794  
p. 266. n. 14.

2) Charta anni 1000 in coll. ampliss. vol. I. p. 577, militem in nostro ordine rece-  
pimus ob ipsius (Hamelini) anoren, et ipsum cum uxore sua et filii, et cum  
fuo quadam milite, qui tunc cum ipso erat, totus nostri beneficii annuitus esse  
participem. Ipse quoque aut nobis (ergo et monachi de hoc monebant) aut ab  
aliis forte, audiens praecepit Apostoli Pauli, si vobis etc. dedit Deo — et  
donum super altare posuit etc. Notetur, confiteri hic monachos, quod bona  
temporalia querant pro spiritualibus, quod iam (n. 35) ex capitulari excitauimus;  
huc maxime pertinet mala illa horum seculum dimitrentium, fides, qui atrocis  
donationum formulas ex SS. scelte confutatis, non solum passi sunt a munificis  
patronis offerri, sed etiam ipsi plenarius scriperunt, notariorum quippe vicem  
fere semper sustinentes. Plausta talium chartarum supersunt, quarum iam Mar-  
cilius collegit satilis malam exempla, auctoritate publica firmata; deteriora multa  
a posterioribus abbasibus et monachis reliqua sunt.

k) Concil. 7 seu Nicæum 2. c. 19. Simoniam a monasteriis amoliri difficultissimis nugis student plurimi superiores rom. theologi. videatur, vt antiquiores taceamus, Cabassius norit. ecclæ. ad canon. later. 64 pag. 458.

scriberentur. n) Hoc ipsum monachis usurpatum, quos facile pateremur in librum <sup>l)</sup> scribi: modo non *librum vitae* <sup>m)</sup> indicem monachorum, aut eorum, qui muneribus eorundem ius acquisiuerint, dici passi fuissent. Quod est *Opus novum* istorum temporum genusa. Atque cum id pluribus placet, qui adeo extra monasterium eadem felicitate vterentur, ac inclusi omnes: non plebs tantum, sed et ii hoc ius <sup>n)</sup> acquisiuerunt, qui eximi-

<sup>am</sup>  
l) Regula S. Fructuosi in concordia regularum: annotetur in *pacto* cum fratribus, et viuat inter monachos, probatus et ipse monachus. Addit *Baluzius*, i.e. in libro et catalogo monachorum, ad capitul. pag. 995. Superfinit quidam catalogi singulorum sub singulis abbasibus monachorum; eius generis est, quem H. *Mabillonius* adiecit *Wizekindi* annalibus, nomine chronici corbeiensis, p. 131 edit. Francfurt. 1621. Accessit ad idem institutum aliud consilium, quia monachi saepe profelionem aut simularent aut factam negarent, severissime statuit concilium turenense anni 1583, vt in regestis praefectibus pluribus testibus scriberentur, non locus negandi esset. Tam spontaneis saepe vti sunt monachis.

m) Charta *Harrowici*, viri illustris, pro monasterio Prumensi, anno 804, in collect. amplissima vol. I. p. 54, vi me praedictus abbas vel ipsi monachi in eorum congregatione recipiant, et nomen meum in libro vitae conscribant. Inter traditiones fuldenses n. 633 occurrit sec. 12, nomina parentum fratrumque nostrorum in libro *Fraternitatis* volumus annotari: quod minus superstitione dictum. Solet hodieque in multis civitatis celebrari illa formula, vbi defunctorum publica mentione praefectio vitae curriculo fieri solet, die Eterni sorgens sogleich, das ist Rind zur heil. Taufe gehabt, und ins Buch des Lebens eingetragen wurde; quod ad imperium vulpis errore, errandi certe occasione non caret. Est illa formula ex SS. sed focus applicata; quam auctor dialogi *Psioparris* exagitare videtur, ws te duxi duxi, ws uig se ly ruis p. 38dus in sanguis tuy ozyadaw duxoq duxo.

n) Plurimae extant chartae eorum, quibus societas bonorum operum, in claustris abundantium, promissa fuit, et qui ideo inter monachos scribi se voluerunt; eas excutere iam non licet, et si non sit nullius vtilitatis, miserrimorum temporum oculis videre calamitatis vsque ad Lutheri actetatem, inde vero statim decrescentes. *Baluzii* observationem exscribimus ad capit. p. 1279. „Huic abbatis (S. Martini Metensis) praefuit Sigilanus tempore Lotharii imperatoris, vt docent versus positi in fronte textus euangeliorum, quem Lotharius obtulit eidem monasterio, cuius frater fieri cupit: non quidem, ut illic monachus esset, sed vt conscriberetur inter eos, qui fratres erant illius loci; ad exemplum patris Ludouici, et Ludonici fratris, qui fratres erant monasterii S. Dionysii, vt legitur tomo 4 *Spicilegii dacheriani* p. 230. Illi porro, qui ad communionem orationum et bonorum operum admittiebantur, et nomina sua inter nomina monachorum conscribi petebant et obtinebant, fratres conscripti dicebantur, vt docet *Vadianus* libro 2 de collegiis monasteriisque Germ. veteribus p. 88. Nomina fratrum conscriptorum coenobii S. Galli edidit *Goldastus* tomo 2 rerum aliam, p. 184 (p. 140.) et monasterii S. Dionysii *Dacheria*, cit. loco. „Haec *Baluzius*. Addimus, *Goldastum* pauca tantum nomina exscriptis, nec codex plura millia contineret, vt ipse notat, vnde de superflitione et follicitudine hominum indicare faciet. Hoc autem spiritus sancti instinctu hos fecisse, tradit. fuldensi, num. 642 pronuntiatur impie, vt plura testimonia omitamus. Add. *Mabillonius* praefatio ad acta SS. ord. Bened. num. 3, parte I. n. 100, obseru. 26, de societatibus pro suffragiis.

am vitae conditionem cum sordida cuculla commutare, saltim quoad viuerent, minus commodum putabant.

iv. Infantes oportebat iusto tempore ad baptismum offerre, ne is diu proferretur <sup>o</sup>). Monachi diligentem operam dederunt, vt infantes nonsolum ante annos pubertatis monasterio voverentur <sup>1)</sup>, sed etiam ii adeo, qui vix nati, imo qui nondum concepti essent. Ipse *Angelicus doctor* <sup>2)</sup> manibus pedibusque, quod dicitur, id egit, vt pueri nimis cito obstringi per alios voto non posse crederentur, et si contrarium inter *Petri Chuniac.* statuta habetur, N. 36 tomo XXII bibl. max. patr. statutum est, vt nullus, etiam ex concessione futurus, monachus (concedit tamen voveri interim et condici) regularibus vsque ad XX annos vestibus induatur. Additur: causa instituti fuit, *immatura nimisque celer infantium receptio*, qui antequam aliquod rationabilis intelligentiae habere possent, *sacrae religionis vestibus induebantur*, (pusillos monachos!) et admixti aliis, puerilibus ineptiis omnes perturbant etc.

v. Solen-

<sup>o</sup>) Non ignoramus, baptismum olim dilatum fuisse, a multis vsque ad mortem, vt eo meliores morerentur; nec tamen diu id obseruatim, aut certe paucis probatum. Ex antiquis adeo *Iaacum Magnum*, antioch. presbyterum appellamus, qui medio seculo <sup>5</sup> scripsit; cuius ex sermone quadam *Afemannius* tomo I biblioth. orient. p. 221 haec excerpit: a prima aetate gregis nostri agni signentur, vt impressum eorum corporibus signum videat fur - - puer signaculi expers ne fugat lac a matre baptizata - - in sinu baptismatis parite filios vestros, e venture ad baptismum ferantur filii regni. De procrastinat, bapt. exstat diss. clar. *Buschingii*.

<sup>p</sup>) *Baluzius* ad capitular. p. 1088. „Immo non solum natos vovebant, sed etiam eos, qui nondum nati in matris utero positi erant;„ idque exemplis docet; nec licuit miseros adolescentes recedere ex monasterio, vt idem ostendit; quod et *Thomas* prohibit. *Formula offendi* legatur Tomo II capitul. p. 574 et 1298. Addimus de praematura religione *concil. wormatiense* anni 868 can 23, in *Cabbassutii* notitia eccl. p. 354, qui addit, hoc postea *maiori iure et aequitate* mutatum fuisse, licet a pluribus ante Pontificibus adeo stabilitum. Innumeram fere exempla puerorum existant in actis SS. et ord. *Bened.* tom. I. 2. 3. Unum addimus S. *Willebaldu*m, quem parentes *nondum quinquennem* voverunt, vid. vitam in *Falkensteinii* codice diplomatico. Redimus hic in memoriam eius, quod de *Maria*, filia regis Angliae *Stephani*, legitur in auctore genealog. comitum Flandr. in *Martenni thebauro* anecdot. tomo 3. n. 15, quae a *pueritia* *habitu religiosis* initata, nupfit postea Comiti Flandr. *Matthaeo confessu* Papae, vt idem narrat. In collect. ampliss. autem edidit *Martene* epistolam *Alexandri* 3, 358am, volum. 2, p. 681, quae id factum illicitum dicit. Vnde *Martenni* in nota quadam illud alterum fallit esse pronuntiat; sed temere; verosimile enim est, coniuges iram Papac placaſe, vi postea veniam coniugii dederit. Pertinet itaque hoc ad exempla dislocutorum votorum; quae *Aug. Confess.* appellat.

<sup>q</sup>) Videat, cui tanti est, summam quodlib. IIII, quaest. 23; vbi incepis rationibus, et patrum detortis sententias vtitur, nec melius agit in 2dae, quaest. 189 artic. 5. quaest. 88. artic. 8, ad 2. Posteriora tacemus.

v. Sollempne fuit baptisimi carmen, abrenuntiare diabolo et eius operibus <sup>7)</sup>). Hoc ipsum ad hunc alterum baptisimum tralumiescit, vt non solum et haec eset similitudinis vtriusque pars quaedam, sed vt multo plus sponderetur, quam Deo in baptisimo ipso contigerat; quod Bernhardi testimonio didicimus. Praeterimus iam, quod Allatius supra notauit, *nomen nomen* inditum fuisse monachis, sicut in baptismo solitum fieri; seculo iam sexto inuenire in vita S. Maxentii, abb. pictau. hoc narratur. Atque his de prima huius capituli parte satis exposuisse videamus.<sup>8)</sup>

## CAP. II.

## PARS SECUNDA.

## SUMMA.

§. XVII. Monachi et clerici impias for-  
mulas donationum conceperunt; recte  
ergo talia in hac causâ appellari.

§. XVIII. Diploma quoddam anni 1070,  
quod Dacherius de baptismô vero intel-  
lexit, agere tantum de recipiendo  
monacho.

§. XVII. Promisimus hanc causam ex monasticis etiam documentis breuiter illu-  
strare. Poteramus magno numero excitare diplomata donationum,  
fundacionum, conuersionis, i.e. monachismi suscepiti, quibus ipsa indoles  
credi-

<sup>7)</sup> Multa sunt abdicationis in baptismate superiorum temporum monumenta; con-  
ferri potest B. Ioh. Fechii dissertatione *de foedere Dei cum homine in baptismo per  
renuntiationem diabolo factam*, Rostochii 1707 excusa; vid. et Binghami *origines  
ecclie* lib. XI. c. 7. Formulam veterem *theoricam* exhibet S. V. Heumannus in  
syloge dissertatione, tom. I. part. I. p. 150 sqq. qui et alias excitat libros, in quibus  
occurredit. Nec fere est, in quo a meritissimi viri illustrationibus dissentiamus,  
praeter illud, quod vocem, ae, (*forfachistu diabolae*) pro germanica (abe) ab-  
habet; cum sit verosimilius idem, ac *foetus* vid. praeter alias *pithoi* glossariorum ad  
capitul. francorum, voce Euua, seu Ee. Inde, alte Ee, vetus foedus; Ehe, ma-  
trimonium, *foedus*, *εποζως*. Alter enim extaret, *forfachistu diabolae*: non vero,  
forfachistu. Vis enim *τις ab*, *abe*, iam est in praepositione verbi, *forfa-*  
*gitu*.

Ceterum hoc baptismate carmen, imitabantur monachi, qui spondebant, *Abrenun-*  
*tiamus ergo omnibus voluntatibus nostris propriis*. vid. formulam in noua collec-  
tione Baluzii tomo II. p. 575. n. 33. Huc respexit Bernhardus paulo ante  
excitatus.

<sup>8)</sup> Addimus, verbo tantum, summam argumenti omnis, quo ad hanc doctrinæ no-  
nitatem homines venientevidetur, a monachis edoceti et adiuti. Illud institu-  
tum, quod idem praefat, et complectitur, ac baptisimus, et a Deo similiter, ac  
ille, prosecutum est, quodque idem incorporeum et caeleste beneficium cum  
corpore humanoque coniunctum haber: iure meritoque dicitur alter baptisimus.  
Iam, poenitentiam agere, subire religionem, idem praefat ac baptisimus, re-  
missio-

credita per professionem verae conuerisionis, reconciliationis cum Deo, sanctitatis, partaeque aeternae felicitatis, luculenter declaretur. Sed illa fere in omnium sunt manibus, saltim facile et leguntur et intelliguntur. Suffecerit igitur unum omnino monumentum clarissimae rei excitare, et diligenter expovere, quia est ita comparatum, ut doctissimi quidam eccles. romanae viri id de baptismo intellexerint, quod de suscepta vita monastica intelligere debebant. Id autem antea obseruamus, quod negligi non debet: ipsos monachos auctores et scriptores fuisse plerorumque omnium diplomatum monasticorum: aut si quaedam non a monachis, tamen a clericis concepta et prescripta sunt; quod eodem momento pendet; utrumque enim satis graues auctores ad plebem imperitam erant, qui Dei interpres semper credebantur. Illud certe non solum inde patet, quod olim omnis eruditio, umbra certe eius latinaeque linguae vniuersa, quamvis nulla fere, cognitio penes monachos fuit; sed multo magis, quoniam numerari adeo solitum fuit et memoria conseruari, quod omnino chartas aliquis scripsisset, quod exemplo monasterii *S. Galli*<sup>1)</sup> abunde efficitur. Id non attingimus, saepissime addi tabulis et litteris *capellanus eius scriptus*, et id genus similia. Itaque certum est, monachos, et sacrarum literarum ad plebem interpretes, religionis administratores, ipsos composuisse ex SS. adeo oraculis, atrocia ista carmina, quibus imperita plebs magis magisque in sacerditalibus illas opiniones manu quasi duceretur. Recte adeo talia monumenta in hac causa aduocamus.

§. XVIII. Instar omnium habet in hac causa diploma quoddam, quod edidit *L. d'Acherius*<sup>2)</sup>. Directum illud est ad *Cluniacen/cm congregatio-*

missionem peccatorum, nouumque hominem; complectitur abrenuntiationem; a Deo, diuinisque exemplis, praecepsit est; et cum cuculla coniunctum habet nouum hominem cet. Itaque recte pro baptismo altero habetur; et religionem subire, atque regenerari, (quod baptismi est) idem esse dici potest. Vid. supra locus, vbi *Bernardus* dicit, sancti propositi secundam regenerationem.

r) Vid. *scriptor rerum almann. Goldasti*, tom. 2. parte II. pag. 1 et seqq. de chartarum scriptoribus; et p. 26 fqq. chartas ipsas alliquid, vbi semper monachus indicat, quod scriptor sit.

2) Exstat in editione *Ludou. Fr. Ios. de la Barre* tomo III, p. 408-409; in seculum XI relatum. Vidimus autem parte huius capituli prima, ista sub tempora idem fere dicendi genus celebrari, ut religio, regeneratio dicatur; ut adeo satis sit verosimile, in adsignando tempore non erratum fuisse: licet et istis editoribus, (cum *Baluzius* et *Martenius*, periti chartarum iudices, nihil monuerint, qui hic ibi non villa emendarunt,) huius rei arbitrium committi plane possit. Chartam ipsam subiectimus. In nomine S. et individuas trinit. et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, *Hugoni* venerabili abbatii et *Cluniaco* monasterio atque *Cosciensi*, dominoque *Gonzecchino* reverendissimo eius loci praeposito, eorumque successoribus, *Tobaldus dei gratis Francorum comes*, et vxori eius *Adelaidis* cum filiis suis in perpetuum. Quoties omnipotenti Deo, bonorum omnium largitori, quaedam, licet

gationem, et inter chartas anni MLXX collocatum; a Dacherio autem non recte intellectum, siue id omnino ignorauerit, siue ignorare se simulauit. Est enim longe crassissimum et fere scelestum dicendi genus, quo vtitur chartae auctor.

Adiecta est haec nota Dacherii in margine: *offert Theobaldus comes filium, ut aquis salutaribus B. Hugo abluat.* In elenco item operum, tomo tertio editionis maioris praefixo: *Theobaldus Francorum comes palatinus, Odonem filium dat salutaribus aquis abluendum Hugoni, quod ipsum et in indice voce Theobaldus et Hugo repetitum legas.* Dubium adeo esse non potest, tam Dacherium, quam Ludou. Franc. Ios. de la Barre, qui editionem Spicilegii nouam curauit, illa diplomaticis verba: *Odonem filium nostrum sacrae regenerationis mysteriis innouandum a vestra paternitate destinauimus, de conferendo vero baptismo cepisse.* Nos autem certo adhuc statuimus, *Theobaldum nihil aliud velle, quam filium Odonem in monachorum Cluniacensium numerum recipiendum offerre:* hancque nostram sententiam aliis quoque, quibus possumus, perfusum imus. Verum sane est, ista verba magnifica, quam maxime ad baptismi descriptionem pertinere; sed, simulac quis ea in mentem reuocet, quae supra protulimus, *Odonis Cluniacensis similiem sententiam, vt adeo etiam Cluniaci nota fuerit phrasis, quae alibi iactari de monachis solebat: facile col-*

E 2

*licet pauca, laudis suaevibus profutura conferimus, sua sibi reddimus, non nostra largimur, quatenus haec agentes, sumus non de nostris muneribus elati, sed acceptis a Deo muniberibus non ingratii. Nihil quidem magis ingratum est et a christiana pietate constat penitus alienum, quam ei non saltet in minimis pro parte aliqua ministrare, a quo non solum praefentibus temporalium rerum corpore sumus effecti sublimes, verum futurorum bonorum per ipsius largissimam misericordiam in aeternum optamus fieri heredes.*  
 Scientes ergo, quia fiducia magna est apud Deum eleemosyna, facientibus eam, eo inspirante et donante, amicos nobis in praefectu facere cogitamus, a quibus post hanc vitam in aeterna tabernacula recipi mereamur. Quapropter ego Terbaldis et vxor mea Adelaidis: sanctitatis et religionis, que penes sanctum velarium collegium nostris temporibus diuina gratia largiente potior celebrisque habebut et devotione, permoti, imo Dei inspiratione communiti, Odonem filium nostrum sacrae regenerationis mysteriis innouandum a vestra paternitate destinauimus; rati superna dispensante clementia sibi non inane futurum, religiosiores, quam ditiores in Christo habuisse parentes; ad cuius gratiae et defensionis nostrae propensionem, effectum, efficacioraque profectum, etiam redemtionem peccatorum, in servitium et gloriam domini nostri Iesu Christi: sanctorum apostolorum Petri et Pauli, sanctae paternitati vestrae et monasterio cluniaco voto ac traditione solenni perpetualiter concedimus et donamus quandam in allodium nostro villam, quae Cossiacus dicitur, cum ipso alodo, eo per omnia, quo nos eam haecenus iure et potestate temimus, ab omni feil, aliquorum hominum seruitute et ditione immunem, cum omnibus omnino ad eam iure pertinentibus, i.e. terris cultis et incultis, pratis, silvis, aquis, aquarumque excursibus circumquaque, de iure ipsius potestatis existentibus, seruis quoque etc.

liger, posse etiam hoc significari, quod volumus; proferemus autem statim rationes, quae id omnino significari suadeant.

*Prima* est, quod haec charta non tam epistolam continet rogantis baptisimum, quam vulgarem formulam donationis, ut ex initio, et appellatio-ne totius monasterii, successorum filiorumque aliorum, patet.

*Deinde*, *Theobaldus*, cui infantem commodum natum statuit *Dache-rius*, in parochia, Cluniaco subiecta, necesse est vixerit. Demus illud, licet non sit certissimum. Sed nec nominat castrum, aut pagum, locumve; nec rogit, ut Abbas Sacerdotem mittat, nec innuit filium simul missum esse, aut iri, cum necessariis comitibus. Tum eae rationes, quas comes commemorat, ad baptismum pueri non conueniunt; donatio-nis autem sunt rationes; nec verbo indicium facit, ea, quae donat, pro impertiendo baptisimo dari. *Denique*, plures aliae chartae de filiorum in monachos oblatione, si cum hac comparentur, id quod nos volumus, non obscure declarant. Ita Arnulfus <sup>x)</sup>, comes Arschotanus, cum filium in Affligemensi monasterio collocaisset, *assentientibus et simul dantibus filiis alii* donauit etc. Eam in rem enim filiorum consensu opus erat, non ad baptismum. Ipse Dacherius edidit, chartam <sup>y)</sup>: ego Emmo et *vxor mea et filii mei, - - - donamus filium meum Richardum monasterio S. Andreae, - - - cum filio ipso, donamus - - - monasterio supradicto, et Abbatii et monachis eius, et omnibus futuris monachis etc. Et alias <sup>z)</sup>: mundi termino propinquante, ruina illius crebescente, oportet, vnicuique - - - vt festinet, vt in futuro propitiuum deum possit habere, domino praecipiente, date eleemosynam etc. Qua propter ego *Bernhardus*, Vi- ccomes, pro remedio et salute animae meae, et parentum meorum, dono, laudo, concedo, O. Deo, et S. Mariae V. et S. Pontio Tome- riensis monasterio, et domino Abbatii et monachis - - - hoc donum facio pro amore dei, et remissione peccatorum meorum et parentum meorum, et pro hereditate filii mei *Raimundi*, quem in eodem monasterio trado et offero deo et sanctis praedictis ad monasticum ordinem suscipiendum. etc. Memoria sane dignum est, talem occurtere de suscepta religione formula-m, quam Romanae ecclesiae quidam docti viri, alter et ipse monachus, tan non intellexerunt, ut verum baptisima describi putarint. Dicat iam *Bel-larminus*, comparari tantum religionem cum baptismo; si ea est compa-ratio, quae id, quocum comparari tantum alterum debebat, pro hoc commutare facit.*

<sup>x)</sup> Anno 1123. in opp. *Mirae* hist. diplom. tomo I. p. 375. call. 817.

<sup>y)</sup> Hoc eod. tomo tertio pag. 414. anni 1082.

<sup>z)</sup> Pag. 459 ibid. anno 1110. formula fere eadem exstat in *Marchulfo Baluzii* pag. 403. et inter *Sirmondicas*, prima, p. 469.

## C A P V T III

Quod ecclesiae rom. recentioris, et Bellarmini praincipue  
sententiam profert.

## S V M M A.

§. XIX. Comparatio doctrinae romanae  
cum ista veteri, duce Bellarmino inflati-  
tuta; quia hic post plerosque scriptores  
de monachis, egit.

§. XX. Bellarmini c. VI. quod hue ma-  
xime perinet recentetur. Melanchthonis,  
seu A. C. mendacia obicit.

§. XXI. Bellarminus negat, catholicos vl-  
los ita de vita monastica docuisse; mut-  
tat doctrinam monachorum.

§. XXII. Idem negat, olim suos docuisse  
et credidisse, quod monachi mereantur  
alii gratiam aut gloriam.

§. XXIII. Bellarminus similitudinem qui-  
dem esse baptismi et vitae monasticae,  
sed tamen dissimili interest. Eius nov-  
um inuentum contra Thomae eiusque  
interpretum sententiam, de poenae tem-  
poralis venia in claustris. Eius menda-  
cium: hoc ipsum non pro certo asseri a  
fuis, sed pie tantum credi.

§. XXIV. Finis.

## §. XIX.

**S**upereft, vt illa quae superiori *Capite* plurimis scriptorum testimonii  
confirmauimus, paucis compareremus cum iis quae ecclesia Romana, post  
instaurata sacra prae se ferre solet; vt, cum abunde effecerimus, maiores  
nostros summo hac in re irre vlos fuisse, appareat, quam studiosa pa-  
tiensque veri sit haec ecclesia, a qua secessum olim fecimus. Continebi-  
tur autem iisdem cancellis, quos antea ingressi sumus, nec istam vni-  
versam causam de votis monasticis <sup>a)</sup> cum hac verbosius commiscebimus,  
breuissime acto Bellarminiana disputacionis censu contenti. Quae opera  
saltim iis profit quodam modo, qui vastum controversiarum eius opus  
versare nequeunt. Inter plures illos, qui *Augustanam Confessionem* potio-  
resque et primos eius interpretes et defensores oppugnatum iuerunt, non  
dignitate solum, sed etiam magnarum rerum molitionibus facile praeflat  
Cardinalis R. Bellarminus: qui et plerorumque suorum, quos in praefatione  
ad librum de monachis (qui est secundus *controversiae generalis quintae.*)  
nomine ciet, libris et auxiliis vhus est; plerosque superauit. Pluri-  
ma autem hic silentio transimus, quae purpuratus hic pater, suorum et  
dicis magis, quam nostrorum causa, scripsisse hic videtur; et quae sci-  
mus a doctissimis quibusque Romanae ecclesiae pro falsis, vanis atque

E 3

inutili-

<sup>a)</sup> Potiores, qui de iis agunt, auctores excitatuit iam S. R. *Heumannus* in dissert.  
*de votis*, recusa in *sylloge* tom. I. parte 2. n. 9.

inutilibus hodie vbique fere haberi, si paucos infeliores excipias angulos, ad quos huius aeui, clarissima quamvis, lux penetrare nondum potuit. Nos iam oportet capite VI contineri, quod et hoc maxime pertinet. Mendacia quedam manifesta, vel absurdissimas sententias trium praecipuorum haeresiarcharum, *Lutheri*, *Melanctbonis*<sup>b)</sup> et *Calvini* se referre, pronunciat. Omittimus etiam hic multa, quae nec eruditum, nec Cardinalem praecipue decent, et ad ea accedimus, quae de *Melanctbonis*, vt appellat, mendaciis argutatur. *Melanctbonem* scripsisse. 1) *Augustini* tempore, libera collegia fuisse monachorum. Opponit *Augustinum* in Pf. 75, nemo positus in monasterio frater dicat, recedo de monasterio (quia etiam alii extra monasterium veniant in regnum caelorum;) sed illi non voverunt, tu youisti. Et in Pf. 99, dum non perseuerauit implere, quod vovit, fit defertor sancti propositi. Nempe id Cardinalis non vult intelligere, *Augustinum* dissuadere praecipitem egressum; tamen non prohibere per excommunicationem, et carcere. Et cur dissuadet, nisi quia saepe id siebat, quod parcius fieri optabat; vñquam autem fieri, (si quis religioni id non duceret, quod *Augustinus* duebat) non prohibuit. 2) Monasteria fuisse olim scholas sacrarum litterarum, et aliarum disciplinarum. *Bellarminus* autem, nominatis *Basilio*, *Hieronymo*, *Augustino*, *Cassiano*, orationes, ieunia, psalmodiam, continentiam recitat, de scholis litterarum ne verbum quidem exstare. Mirari oportet, Cardinalem id non pati, quod laudi esse vnicē poterat. Vnde autem patres inde ab *Augustino* id habent, quod paulo doctiores videntur inertibus plerisque monachis? quia pauci illi orationes, ieunia etc. ita partiti sunt, vt aliquid temporis esset iis studiis, quorum ad ecclesiam maior utilitas, quam sexcentorum millium monachorum aeterna ieunia etc. *Corbejas* autem, *Fuldam*, *Prumienē* monasterium, *Caroli M.* scholas, Constantinopolitanorum, angelicorumque monasteriorum doctores<sup>c)</sup> ignorare se fingit: ne degenerasse monachi alii sequiores videantur, mortuorum officiis pinguioribus operam vnicē dantes. 3) *Franciscum* et *Bernhardum* tantum ob corporis utilitatem

<sup>b)</sup> *Melanctbonem* enim plerique romani solum et vnum auctorem A. C. habent.

<sup>c)</sup> Aliter hodie doctiores pontifici, et plane cum nostris, sentiunt. *Fleurius* in *discours sur l'histoire ecclés.* depuis 600 - 1100. n. XXI les écoles étoient dans les églises cathédrales, ou dans les monastères etc. ibidem pluribus docet, *Augustinum* in anglia scholas instituisse, vnde Bonifacius prodierit, auctor scholae mogunt: vnde *Alcuinus*, qui Turoni scholam instituit etc. et n. XXII, la plus part des écoles étoient dans les monastères, et les cathédrales mêmes étoient servies par des moines etc. add. *Mabillonii* praefatio ad tomum 3, partem I, act. SS. oīd. Bened. §. 4. n. 39. 40. 45. vbi de scholis monasteriorum interiorib[us] et exteriorib[us]. Plena etiam sunt exemplorum ista acta, inde a tomo primo.

tem religionem suscepisse, i. e. ut impedimentis coniugii, liberorum, carerent. Lenius et hoc dicunt. Opponit autem ille Francisci ieunia, nudos pedes, <sup>a)</sup> vnam tunicam asperrimam (addimus, vxorem ex niue) etc. quae non ad corporis utilitatem pertineant. <sup>a)</sup> Monachatum esse nuper inuentum; quod magnum mendacium esse supra demonstrauerit, quum ab Apostolis venisse certum sit. Ludit de voce *nuper*, quasi Melanchthoni mille anni sint unus dies; sed rem ipsam, talem, tam deprauatum monachatum, non antiquum, sed recentiorem inde a seculo VII, et XI innui, ignorare et non intelligere se simulat.

S. XXI. 5) Pontificios afferere, vitam monasticam mereri iustificationem et remissionem peccatorum, et applicatam aliis eos salvare, et longe meliorem esse ipso baptismo. At haec, grauiter pronuntiat, *mera calunnia est; nulli enim catholici ita docuerunt umquam*. Nempe hoc et nostri volunt, non esse catholicos, qui ita doceant. Qui nam autem sunt, *Godefridus* supra n. II? *Petrus Cellensis?* Ecqui Michaelis angelii (angelorum monita autem ad principia fidei referre non pauci solebant) auctoritate vtuntur, quod per professionem monasticam omnia peccata remissa fuerint? *Anselmus*, et *Aepiscop. Florentinus*. Graecos tacemus, et sexcenta diplomata monastica. Audiamus vero, ecquam *Bellarminus* defensionem suorum instituat. 1) „Dicimus quidem opera religionis, bona esse opera, et meritoria vitae aeternae, si a iustis fiant, et conducere ad satisfactionem pro peccatis, sicut cetera omnia bona opera; at mereri iustificationem, nullus dicit. Aduersus ista breuiter obseruamus. 1) Claustrum istam, quasi salutarem et atrocitatibus minuendae additam, si a iustis fiant, nonam esse, superioribus omnibus plane ignotam, vti clarissime patet ex locis istis non exiguo numero supra in medium prolatis. Ne *Thomas* quidem hoc requirebat; et *Thomas* alius, istius commentator, *de Vio Catechizans* ad istum supra excitatum *Thomae* locum, in fine ad artic. 3. quæst. 189. addit quidem: *et propterea, qui gratia diuinæ deest in actu professionis suæ, priuatur beneficio diuinæ largitatis, quod creditur profitembris dari*; sed id *Bellarminum* nihil iuvat. Remissio enim omnium peccatorum, est iustificatio. Itaque, praeter istos ante *Thomam*, ille ipse etiam et *Thomistæ* alii docent, contingere iustificationem f) per professionem. 2) Hoc adeo

<sup>a)</sup> Hieronymus eximie sentit de his et aliis miraculis epistola ad *Eusebium*: viros fugi, quos videris catenatos, quibus - - - nigrum pallium, et nudi patientia frigoris pedes. Haec *omnia argumenta sunt diaboli*.

<sup>b)</sup> Huc pertinet illud *Apologiae A. C.* „Sed aduersarii, et si nune moderantur laudes de perfectione, tamen re ipsa alter sentiunt.“

<sup>f)</sup> *Raynerius de Pisis* in *Pantheol. de Religio*. c. 4, „per ingressum et votum religionis, religiosus consequitur remissionem peccatorum. Hoc autem dupliciter probo,

adeo valet *de professione*, non de ipsis operibus bonis. Haec enim sunt clara angelici doctoris <sup>g)</sup> verba: non est penitendum quid faciunt monachi, (re vera,) sed magis quod ad quaelibet facienda se deuouerunt: et sic quodam modo comparantur ad eos, qui (in seculo) aliquod singulare opus faciunt, *sicut infinitum ad finitum*. Plura eius generis alibi occur-  
runt. Vnde clarissime patet, *Bellarminum mutare doctrinam superiorum temporum.* 3) Est et hoc nouum, quod dicit, *sicut cetera bona opera;* quod de operibus bonis non monachorum et in seculo viuentium dicitur. Thomas enim saepius pronuntiat, bona opera aliorum, non comparanda esse ratione dignitatis, ergo etiam utilitatis, ad haec monachorum, quo-  
rum sit eadem ratio ad ista, ac *infinity ad finitum*. Ita angelicus do-  
ctor et alibi docet <sup>b)</sup>. Ex quibus nemo hoc eliciat, opera monastica *simili-  
liter (tamen) conducere ad satisfactionem, sicut cetera omnia bona opera:* id enim inde efficitur, opera monachorum longe maiora et fini consequen-  
do longe aptiora esse, quam cetera omnia aliorum quantumvis bona ope-  
ra. Sed pudet, ea hodie fateri, ecclesiae catholicae nomine utique indi-  
gnissima, quae olim et angelus de coelo Michael, (qui aliud euangelium,  
quam illud Pauli, praedicabat;) et doctor angelicus Thomas, et scripto-  
res plurimi et ipsis monachi, vanissimi et impii suae causae commendato-  
res, statuere, credere, et suadere omnibus, quibus possent, non du-  
bitarunt.

§. XXII. II. Dicimus etiam, pergit, posse religiosos facere alios homines participes suorum bonorum operum, vt possint omnes alii fide-  
les: at posse monachum salvare alios suis operibus, i. e. mereri illis gratiam, vel gloriam, nemo Catholicus dixit vnumquam.

Callidissimus profecto suorum interpres est *Bellarminus*. Dicit monachos participes facere suorum operum alios, *vti possint omnes fideles.* Aurea vox; sed quam haec nostra tempora inuitò expresserunt. Olim autem

„probo, per locum a minore, et a simili. 1) Homo ex elemosynis potest satis-  
„facere de omnibus suis peccatis. Sed votum religionis, omne satisfactionis ge-  
„nus excedit, etiam poenitentiae publicae. Ergo multo magis etc. 2) A simili  
„eandem gratiam consequitur per ingressum religionis, quam consequitur *adulterio*  
„*baptizatus*. Sed hic per passionem christi remissionem consequitur, non solum  
„peccati originalis, sed etiam omnium actualium mortalium, et venialium, et  
„etiam totius poenae, quae peccatis debetur. Ergo „ Ipse Thomas, parte 3,  
qu. 68. artic. 2. ad 2. et quæst. 87 docet, quod *universalis absolutio ab omni culpa*  
*et reatu poenae fit in baptismo, et in martyrio.* Sed religionem cum baptismo et  
martyrii honore aquant. Tacemus formulam, *indus nouum hominem, de*  
monacho.

g) Quodlib. III. qu. 17. ad 6.

b) I. 2dac 98, 5. ad 2. 3. II. 2dac 152, 5. 186, 8.

antem ista vox per orbem christianum, longe tristior et plane mortifera personuit: non esse bona opera, quae certo promereantur deum, quam quae in monasterio siant. *Lupus* suorum temporum sententiam, i. e. ecclesiae, ita eloquitur, supra n. VII. Cap. 2. Omnes mortui, qui in seculo sunt, in monasterio tantum viuificandi, n. II. III. *nous homines* tantum in monasterio induendus, n. VI. et VIII. nemo enim id inter seculare laudari reperiet). Inter monachos scribi, erat in<sup>2)</sup> libro vitae scribi. Christiani omnes baptizati; sed, cum omnes isto fructu per plurima peccata careant, *baptismus secundus*, et primi adeo fructus omnis, in monasterio tantum administrabatur. Omnes autem olim, non fidelium quorumcunque opera et merita acquisitum iuerunt, quorum nulla esse, diligenter docebatur isto aeterno, et, quae sine pretio et auro haberi poterant: sed infinitum meliora illa vniqa monachorum. Monachorum cuculla adeo moribundos omnibus operibus in ea, multis illis praeter Deo debita, peractis, indebat. Sola tandem bona opera illa relista, quae monachis<sup>3)</sup> fierent, donatis iugeribus, et redditibus annuis, ut eo alacriores pro defuncto cantillarent. Denique quadam tantum emitorum venditorumque bonorum operum salutisque adeo monumenta excerptissimus<sup>1)</sup>, chartae statim subiecta.

## §. XXIII.

<sup>2)</sup> Excitauius supra ex coll. Marten.

<sup>3)</sup> Id ne ex inuidia dixisse videamur, describimus tantum id unum, quod in fundat. monast. S. Bartholom. de *Carpineti* tomo 6 italicae sacrae p. 1280 edit. primae legit. Ibi fundator, postquam curam commemorauit, quia prouidum voluit peccatis aut, vt loquitur, qualiter peccata ab infancia, diu, nocte, horis et omnibus momentis admissa redimeret, affirmat a sacerdote et religioso quodam hoc consilium se accepisse: excepto, si seculo renuntiare posset, (i. e. monachus fieret,) nullum aliud melius inter elemosynarum virtutem, quam si de propriis monasteriorum construxisset, etc. hoc consilium iam anno 962 datum, vid. et pag. 1277.

<sup>4)</sup> Nemo catholicus dixit, monachos salvare alios? Hæretici ergo sunt, qui id docuerunt, doceri, illud hubentissime passi sunt, et hoc nomine agros et redditus anninos donari. Eius rei haec exempla et plurimis notamus, praeter iam passim allata. Charta tomo II operum Miraci hist. pag. 1130, comes de castro S. Pauli *Roberus* anno 1031, tradit Abbatiam Blangiacensem Fiscannensibus monachis, addens: nam heut ipse (deus) in euangelio clamat, quia laudavit dominus villicum iniurias etc. et, date elemosynam etc. Pronocatus his et aliis admonitionibus, facio amicos Fiscannenses de haereditate mea, ut cum defeceris, recipiant me (hi monachi), in aeterna tabernacula; et testes sunt plures clerici et monachi. Sic supra *Theobaldus* cap. 2. parte 2. Sic *Bernhardus* apologia ad Guil. „Hinc est, quod dotatas videmus ecclesiás a diuitiis huius seculi, qui iuxta euangelii admonitionem, amicos sibi facere, studuerunt, a quibus in aeterna tabernacula recipiantur. Quid hi sperarent ab his recipi, qui claves videntur habere? sed heu - qui sibi et aliis parare debuerant in caelo tabernacula, in terra coniungunt dominum etc. vid. et tradit. Fuldenes num. 643, Hilarius

§. XXIII. III. Addit, dicimus denique inter baptismum et professionem religionis esse quandam similitudinem. Nempe, hodie id dicitis, *Bellarmino*, cum plus dici nemo aut patitur, aut, licet dicatur, credit. Olim autem, non solum similem baptismo professionem monasticam Catholici doctores dixerunt, sed meliorem, quae conferat praeter eadem commoda, etiam maiora, et non aruitenda; vt Cap. II effecimus. Partes autem similitudinis has constituit. 1) Sicut in baptismo renuntiamus diabolo, et incipimus nouam vitam, ita per professionem renunciamus seculo, et multis licitis voluptatibus, et incipimus nouam vitam. De hac renuntiatione paucis egimus Cap. II; et *Bernhardi* errorem tetigimus. 2) Sicut in baptismo remittuntur perfecte omnia peccata, quoad culpam et poenam, ita in professione religiosa, quando debita intentione suscipitur, pie creditur remitti omnis *poena temporalis*, pro qua aliqui satisfacientium esset, etiam culpa remissa. Haec declaratio noua est, et horum ferre temporum, quibus *Lutherus* monasticae rei graue damnum atque irreparabile intulerat. *Debita intentio Bellarmini*, olim aut non, aut haec erat, hoc ipsum speratum beneficium, de quo disputat: vt redirent in gratiam baptisini per professionem, quae eadem beneficia praestare credebatur. Nouum atque inauditum hoc est, *poenam tantum temporalem* remitti. Palam est, longe recedere *Bellarminum* ab ecclesia superioris temporis; et eam catholice de his non sensisse. Iam discrimen magnum restare, ita putat se euincere. „Non tamen propterea anteponimus vel aequamus baptismo professionem monasticam. Baptismus enim non solum „poenam, sed etiam culpam tollit; idque certo scimus. Professio autem „monastica non tollit culpam, sed solam poenam, et hoc ipsum non certo afferimus, sed pie credimus. Neque est hoc nostrum inuentum. „Duo omnino recenset, quae magnum discrimen efficiant, vt professio baptismo ne aequata, tantum absit, vt praelata fuerit. Primum est professionem non culpam; sed poenam tantum remittere. Quod quam nouum, atque in ecclesia, ante *Lutheri* castigationes, fere inauditum sit,

vel

*dericus* cogitauit, quomodo deum creatorem et redemptorem placare posset, vt in tremendo iudicio posset securus apparet; et deus misit in cor eius, vt in plenariae fraternitatis consortium recipere. ibidem num. 645 pro *absolutione animae* oblationes accipiuntur. Charta *Gaulini*, episcopi adeo patav. tomo 5 *Ughelii* pag. 427, vt et ipsi per intercessionem monachorum valeant aetheria possidere regna. Charta fraternitatis in H. *Muhlii* historia coenobii Bordisholmensis anni 1362: vt multiplici suffragiorum adiutiis praesidio, et hic augmentum gratiae, et in futuro beatitudinem gloriae adipisci. Et alia ibidem anni 1389, vt ipsorum animae nobis interuenientibus, super culpis quas commisserationis terrenae contagii contrarerunt, gratiam consequi mereantur. Ingens liber colligi posset talium carminum; *Bellarminus* tamen verbo haec se refutasse putat.

vel sola Antonini Aepiscopi Florentini auctoritas satis superque declarat; quem Cap. II. vidimus Thomae verba, omnium peccatorum remissionem per religionis ingressum dari, tradita per manus usque ad ipsum explicatione interpretatum, quoad culpam et poenam. Neget Bellarminus hunc et Raynerium de Pisis, catholicum esse. Fit autem praeter ista, parum verosimile, si poena temporalis tantum<sup>m)</sup> remitti credita fuisset, istam praefrantiam incredibilem vitae monasticae, prae alia quacunque, luculento eius documento nullo memorabili, tam facile a toto fere orbe credi potuisse atque expeti.

Alterum est oppido imbelli, atque omnino recens, nostrorumque reprimendorum causa commodum excogitatum: *hoc ipsum non pro certo asseri a Romanis, sed pie<sup>n)</sup> credi.* Nemo pro certo asseruit peccatorum omnium remissionem? Quid autem Thomas? Quid Godofridus, abbas vindicis? Petrus Cellensis? Michael angelus ergo falsum atque incertum aliud quid pronuntiavit? Et plures sancti Angeli mentiti sunt, qui pro certo edixerunt, S. Antonio peccata omnia remissa fuisse quando monasticam vitam suscepit? quod ex vita Antonii ipse excitat Bellarminus. Nempe tam religiosi repente facti sunt, qui somniis olim, et monachis cunctis, et animabus e purgatorio poscendi auxilii causa apparentibus fidem habuerant: ut, quamvis aliquot angeli de caelo hoc dicant, tamen pro certo idem asseri nolint, sed pie tantum credi. Cur autem de aliis idem iudicium non ferunt, de purgatorio, missa pro mortuis, auxilio sanctorum, cultu imaginum etc. quorum omnium similiter nullum est in SS. documentum? Certum itaque non est, fatente Cardinali ecclesiae romanae, vel temporalis poena mala per religionem monastica tolli. Quid ergo eos egisse dicemus, qui contrarium aliis olim suaserunt, et qui A. C. querelas tam facile adspersati sunt? Alia autem aliorum est sententia: est enim

F 2

<sup>m)</sup> Tulit Thomas, et eius discipuli pertulerunt, hanc quasi legem, religionem superare omne satisfactionis genu, vt imponi nullae possint, quantumvis graves, quin grauior praefrantiorque sit vita monastica; ideo postea vota cum hoc mutari, sed non contra. Sed pro poena temporali satisfactiones istae aliae erant, eamque referabant, et tollebant. Vitae adeo monasticae, quae multo antecedit intercalio satisfactiones omnes, nihil commodi et utilitatis, beneficiorum supererant, quin commune sit satisfactionibus summatur. Facile hinc colligitur, Bellarminus multo minus dicere, quam vel rei natura paciatur.

<sup>n)</sup> Sed et hoc ipsum, pie credi, in ecclesia romana nihil abest a certo credi et de fide esse. Similiter enim de virtute aquae benedictae, Laymannus in theol. moralib. 5, tract. IX. c. 13 loquitur: quia eiusmodi orationes, (quibus exorcizantur sal et aqua) nomine ecclesiae sunt, quae semper deo grata et accepta est, pie credendum, immo pro certo habendum est, magnam vim inesse etc. Sic Antonius Aep. Flor. III. Summae, tit. 12, c. 8, fine, pie tanien credendum est, quod deus non permitteret ecclesiam in huiusmodi (canonisatione) errare.

XXXXIII DISSERTAT. HISTORICO - THEOLOG. DE REGENERAT. MONASTICA.

enim summus, si placet, romanae ecclesiae consensus, vt ex his et similibus, constare potest. *Pighii* assertionem, *B. Chemnitius* iam protulit. *Iob. a Dauentria*, inter confutatores *A. C.* haec pronuntiat: *si docuerint monachi*, vota paria esse baptismō; se hoc vitae genere mereri remissionem peccatorum et iustificationem coram deo, imo non tantum iustitiam coram deo, sed amplius aliquid: *certo, nihil falsi docuerunt.* Vtri iam credimus, de sententia catholicae ecclesiae? add. *Carpzouii* *Flagoge ad libros symb. et Iaaci Froerei eni scrutinium Bellarmini* disput. 27, pag. 430, qui addit, imo monache, non falsum modo, sed et blasphemū in sacratissimum Christi meritum, cui vnicē iustitiam et salutem acceptam ferre debemus.

§. XXIV. Cetera, quae *Bellarmino* hoc eodem capite disputat, partim contra *Melancthonis* locos sunt, partim contra *Caluinum*; quae nos iam praetermissimus, quum praeципue ea vindicare breuiter studuerimus, quae aduersus libros symbolicos nostros ab eo prolata fuerunt. Itaque iam finem scribendi facimus, id summatum tantum ex superioribus repentes: monasticam istam regenerationem, fiduciam in beneficiis monasteriorum collatis, toti fere orbi olim communem fuisse; ingenuos pueros et puellas, non sine insigni taedio et miseria, cum graui autem vitae humanae et societatis damno, muris inclusos fuisse; officia in parentes et pie-tatem omnino exsulasse; homines sub seruitute monachorum, fabulas et ludibrija iactantium, fuisse; horum ex sententia, praeceptum dei, IIII, VI, VII secularibus inutile et superuacaneum fere fuisse; terrarum medullam a monachis fugi solitam esse; omnem Iesu Christi prouinciam monachorum tantum causa extitisse, absque eorum auxiliis, nullam; tandem, si rem ipsam quaeras, omnia incerta, fraudum et mendaciorum plena fuisse. Atrocitatem vero huius rei a piis maioribus nostris, (tantum abest, vt nimis aucta fuerit et iusto plus reprehensa) satis leniter, licet et grauite, accusatam, nihil autem per calumniam dictum fuisse. Luculenter inde apparere, quantum pudeat hodie doctiores in ecclesia romana, illa fateri, quorum causa discessimus. Opus itaque, imo necesse esse, huius generis argumenta diligentius hodieque excuti: quum inde declaretur ingens illud discrimen lucis, qua utimur nostra aetate, vitam fruatur omnes, euangelicae, et tenebrarum olim profundissimarum, quibus desperabundi homines et fluctuantes ludificati tantum religionis nomine fuerunt.

*Verbum dei manet in aeternum.*

CONVENTUS 18 CONVENTUS




CLARISSIMO  
CAROL. GVILELM. WEISSIG,  
PHILOSOPHIAE MAGISTRO  
S. P. D.  
IOAN. SALOMO SEMLER.

**C**onsuetudini fere magis, et si non illaudatae, quam praecipuae  
cuidam caussae inseruire solent huius generis epistolae.  
Hoc vero litterarum **TIBI** vni et maxime debeo, *clarissime Respondens*. Neque enim obscurum esse pati possum singulare  
atque eximium **TVVM** studium, in *Summe Venerabilem Baumgartem*,  
*Praesidem heri TVVM, hospitem perpetuum, Praeceptorem*  
*exoptatum, Fautorem certum: in quo rute ipse TIBI sufficeret*  
*non voluisti, (qui omnino poteras,) eiusque in societatem me*  
*adscendendum putasti. TE certe non uno rudimento egregio jam*  
*omnes boni cognitum habebant. Ego autem, voluntati isti **TVAE**,*  
*et si lubentissime pareo, quia meae simul obsequor: tamen vereor,*  
*ne illa vtriusque non plus cum ea prouincia mihi imposuerit,*  
*quam praestare valeam. Cessi quidem: amicissime enim roga-*  
*bas; sed aegre cessi; atque fere poenitet, non aegerrime cessisse.*  
*Cum enim interea non solum varie ipse perturber, hoc eo tem-*  
*pore, quo liberrime huic rei incumbendum erat; sed etiam **TV***  
*discessum, quem parabas, non tam matures, quam plane praecipi-*  
*tes,*

tes, atque, ne typographus **TE** retineat, non exigua dissertationis pars recidenda fuerit, praeceps e capite III: iure metuo, ne communi **FAVTO RI** illi, (quod nec alio tempore sperabo) **TIBI** que et aliis, non magis, quam mihi ipse satisfecerim. Facilius adeo aliis, quam me mihi ipse ita excusabo, non licuisse iam plus operae adhibere. Itaque hoc habe, quod potui; monumentum certe illius consuetudinis, quam bonarum omnium litterarum amor et usus, mores integerrimi et elegantes, virtutisque summum studium, iucundissimam mihi fecerunt. Alter **TE** laudare, non sustineo; quod a laudabilibus tantum si fiat, laudabile esse vetus poeta pronuntiat. Me amicae memoriae tempore omni habe; *Maxime Reuerendo autem Parenti*, si potes, fac, commendatis simum; eumque, quod iam incepisti, coetui sacro omnem regenera. Vtique a benignissimo deo et multam bene de aliis merendi occasionem, et quicquid cetera mortales optabilium in loco recte habent, ex animo apprecoabor. Vale cum **TVIS**

Dab. in Fridericana. d. V Id. Maij.


clo lccc lxxxiii.




01 A 6566

56.

III. 54.





B.I.G.

metres

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

DISSERTATIO HISTORICO-THEOLOGICA  
DE  
**REGENERATIONE  
MONASTICA**  
AD ILLVSTRANDOS  
**LIBROS SYMBOLICOS**  
Q V A M  
SVB AVSPICIIS SVMMI NVMINIS  
**P R A E S I D E**  
**V I R O**  
SVMME REVERENDO EXCELLENTISSIMO  
DOCTISSIMO  
**JOAN. SALOMONE SEMLER**  
S. S. THEOLOGIAE DOCTORE ET PROFESSORE  
PUBLICO ORDINARIO  
**PRAECEPTORE ET PATRONO**  
PIE OBSERVANTERQUE COLENDO  
D. MAII A. MDCC LIII  
TVEBITVR  
**M. CAROLVS GVILELMVS WEISSIG**  
HIRSCHBERGA-SILESIVS.  
HALAE  
APVD IOANN. IVSTIN. GEBÄVER.